ELEMENTA
IVRIS FEVDORVM,

TVM

PROVINCIALIVM, TVM IMPERIALIVM,

REIPVBLICAE

ROMANO-GERMANICAE.

EX IVRE GERMANICO,

NEC NON

LONGOBARDICO,

LEGIBVSQVE IMPERII AC MORIBVS

ERVTA AC DEMONSTRATA,

ATQVE

IN VSVM POTISSIMVM ACADEMICVM,

IVSTO VBIQVE ORDINE,

CONCINNATA.

AVCTORE

D. IAC. GABR. WOLFIO,

POT. REG. BORVSS. CONSIL. AVLICO,

IVRIVMQVE IN FRIDERICIANA

PROF. PVBL. ORD.

HALAE MAGDEBVRGICAE,

IMPENSIS ORPHANOTROPHEI,

MDCCXLI.

VIRO

ILLVSTRISSIMO ATQVE EXCELLENTISSIMO

DOMINO

DN. CHRISTIANO

LIBERO BARONI

DE BRAND

AVGVSTISSIMI BORVSSIAE REGIS BELLI ET STATVS MINISTRO INTIMO RERVM ECCLESIASTICARVM AC CONSISTORII ELECTORALIS MARCHICI PRAESIDI PRIMO ACADEMIARVM REGIARVM OMNIVM ITEMQVE SCHOLARVM VT ET BIBLIOTHECAE REGIAE CVRATORI SVPREMO CAVSSARVM GALLICARVM GVBERNATORI DOMINO HEREDITARIO IN WVTZIG HERMSDORF GRAHLOW ET POLLICHEN

DOMINO SVO GRATIOSISSIMO

S. P. D.

VIR ILLVSTRISSIME,

DOMINE GRATIOSE.

Magnopere peccare mihi viderer in humanitatem TVAM, ſi, TE ægre laturum, ſuſpicarer, quod officium TIBI præſtiturus, opuſculum, tanto nomine indignum,

offerre audeam. Quum enim insigni, qua clarus es valde, VIR ILLVSTRISSIME, gratia ac beneuolentia in bonarum litterarum cultores, plures alios, talia offerentes, benignissime iam exceperis; nec mea TE contemturum, admodum confido, summaque spero fiducia. Huc accedit, quod meæ sortis hominibus, præter chartacea huius generis munuscula, nihil sit, quo deuotum Mecenatibus animum testentur. Malo igitur

tur hoc qualecunque meæ erga TE *venerationis pro-ſtare monumentum, quam omnino nullum. Suſcipias itaque, quæſo, tenue mu-nuſculum,* VIR ILLV-STRISSIME, *ea indul-gentia, qua alia talia ſus-cipere conſueuiſti; ac præterea ſis perſuaſisſi-mus, me* DEVM *ter Optimum Maximum eni-xiſſime precari, vt* TE, VIR ILLVSTRISSI-ME, *ſeros per annos, ſaluum ſeruet atque in-columem, veraque omnis*

generis felicitate perfundat. Sic vale, VIR ILLVSTRISSIME, & nec me gratia protectioneque TVA indignum omnino iudica,

ILLVSTRISSIMI NOMINIS TVI

Halae Magdeburgicae
D. XXV. Apr. MDCCXLI.

cultorem deuotissimum
I. G. WOLF.

PRAEFATIVNCVLA.

Non equidem defuerunt, Beneuole Lector, qui tractatus, systemata atque compendia, ad iuris beneficiarii expositionem atque illustrationem pertinentia, publicæ lucis fecerunt; quorum auctores sua quoque laude frui facillime patior;

mihi tamen præ manibus nondum fuit compendium, quod meis doctrinis esset quam aptissimum. Quare ipse eiusmodi libellum, qui huic fini sufficeret, elaborare decreui, nec mole, nec nimia breuitate, nec iusti ordinis defectu laborantem. Quid hac in re præstiterim, tuum B. L. esto iudicium; quod ne sit iniquum, etiam atque etiam rogo; tuo me simul fauori enixe commendans. Dabam in museo d. xxv. mensis Aprilis, MDCCXLI.

BREVIS

BREVIS
CAPITVM
ET
PARAGRAPHORVM
DESIGNATIO.

CAPVT I.

De feudi definitione, origine, variisque nominibus, nec non de fine huius instituti, itemque de allodiis.

§. 1. 2. 3. 4. *Definitio feudi*, 1. *obiectiue*, 2. *formariter*, 3. *effectiue sumti*. §. 5. *Feudum Imperii quid? nec non prouinciale?* §. 6. *Feudorum origines Germanico-Francicae.* §. 7. *Sententiae aliae reiectae.* §. 8. *De origine feudorum Longobardica.* §. 9. *Vtrum Romanorum beneficia feudorum occasio fuerint?* §. 10. *Feudi vocabulum recentius.* §. 11. *Alia nomina.* §. 12. *Germanorum* Lehen. §. 13. *Vasalli & Vassi qui & quando dicti?*

CAPVT II.

De origine atque incrementis, nec non de interpretatione iurium feudalium.

nitio IV. §. 6. *Aliud scriptum, aliud non scriptum.* §. 7. *Primum ius feudale non scriptum.* §. 8. *Notatur Franzius cum aliis.* §. 9. *Quando illud in scripturam redactum?* §. 10. *Ius Alemannicum publica auctoritate caret.* §. 11. *Nec non ius Saxonicum.* §. 12. *De vtriusque auctore atque aetate.* §. 13. *Antiquior liber vetus de beneficiis.* §. 14. *De harum collectionum vsu.* §. 15. *Ius feud. Francicum & Bauaricum vetus.* §. 16. *Iuris feud. Longob. origo & compilatio.* §. 17. *De glossa.* §. 18. *Incrementum.* §. 19. *Defectus & reformatio.* §. 20. *Vsus per Germaniam.* §. 21. *Sed subsidiarius duntaxat.* §. 22. *Vsus in feudis Imperii.* §. 23. *Ordo seruandus.* §. 24. *Quid si iura patria diuersa?* §. 25. *De vsu iuris Romani & canonici.* §. 26. *De iurisprud. feudali.* §. 27. *Quae vel priuata, vel publica.* §. 28. *Finis eiusdem.*

CAPVT III.

De essentia, natura & accidentalibus feudi.

§. 1. *Nexus.* §. 2. *Quid essentia?* §. 3. *Quid natura?* §. 4. *Quid accidentalia?* §. 5. *Quae essentialia feudi?* §. 6. *Quae naturalia feudi?* §. 7. *Aestimanda ex iure particulari.* §. 8. *Vtrum essentia & natura possit mutari?* §. 9. *Discrimen inter feudum*

pro-

propruim & improprium. §. 10. *Quid accidentalia feudi?* §. 11. *De institutis feudo vicinis.*

CAPVT IV.
De rebus, quæ feudi titulo dantur atque accipiuntur.

ma-

maiora, alia minora. §. 31. *Alia immanentia, alia transeuntia.* §. 32. *Feuda Imperii regalia.* §. 33. *Alia sunt ecclesiastica, alia secularia.* §. 34. *Regalia a statibus concessa.* §. 35. *De inuestitura cum re propria.* §. 36. *Vnde feudum oblatum.*

CAPVT V.
De personis, quae feuda constituere possunt.

§. 1. *Ad feudum constituendum opus est conuentione.* §. 2. *Quae requirit personas habiles.* §. 3. *Regula generalis de habilitate.* §. 4. *Feuda initio dedere Reges.* §. 5. *Post & proceres.* §. 6. *De priuatis ac plebeiis.* §. 7. *Distincta applicatio ad feuda Imp. & prouincialia.* §. 8. *Imperatoris in feudis dandis potestas.* §. 9. *De equestribus.* §. 10. *De electoratibus.* §. 11. *De Principatibus, Comitatibus ac Dynastiis Imper.* §. 12. *De plurium vnione.* §. 13. *An in statuum territoriis Imperatori liceat Imperii feuda constituere?* §. 14. *Vtrum oblata ab immediatis allodia pro arbitrio accipere in clientelam queat Imperator?* §. 15. *De Vicariis Imperii.* §. 16. *Qua statuum Imp. potestas.* §. 17. *De Praesulibus ecclesiarum.* §. 18. *De capituli, sede vacante, potestate.* §. 19. *De Papae concursu.* §. 20. *De Regibus Papae Vasallis.* §. 21. *De potestate tutorum, in feudis*

dis

dis constituendis. §. 22. *Nec non in renouatione.*

CAPVT VI.

De personis, feudi acquirendi capacibus.

sallis. §. 31. *De ciuitatibus Imperii.* §. 32. *mediatorum vasallorum alii Schrifftsassii, alii Amtsassii.*

CAPVT VII.

De modis acquirendi feudi, sigillatim de exspectatiua.

§. 1. *De titulo ac modo acquirendi generatim.* §. 2. *Quid exspectatiua, & quotuplex?* §. 3. *Promissio in testamento facta.* §. 4. *An consensu possessoris opus.* §. 5. *Promissio debet esse conditionata.* §. 6. *Conditio alia generalis, alia specialis.* §. 7. *De effectu exspectatiuae.* 1) *Simplicis.* §. 8. 2) *Inuestitura confirmata.* §. 9. *Vtrum Dominus possit reuocare promissionem?* §. 10. *Quis ex pluribus praeferendus?* §. 11. *Quid de clausula, anteferri?* §. 12. *De alienatione feudi promissi.* §. 13. *De obligatione successorum.* §. 14. *De successore clerico.* §. 15. *Quid de Imperatore censendum?* §. 16. *De heredibus exspectatiuati.*

CAPVT VIII.

De inuestitura.

§. 1. *Quid inuestitura & quotuplex?* §. 2.

 Vtrum

Vtrum in potestate Imperatoris sit solennitas inuestiturae? §. 3. *Quid ad solennia inuestiturae referendum?* §. 4. *De petitione inuestiturae & iuramento.* §. 5. *Ritus inuestiturae antiquus.* §. 6. *De Episcoporum inuestitura.* §. 7. *De Principum secular. inuestitura.* §. 8. *Quamdiu hic inuestiendi mos dudurauerit?* §. 9. *De coniunctione gladii, vexilli & sceptri.* §. 10. *De duratione vsus sceptri.* §. 11. *De vsu gladii hodierno.* §. 12. *Vtrum & Comites vexillis inuestiti?* §. 13. *Et Principes cum vexillis inuestiuerunt.* §. 14. *De feudorum prouincialium inuestit. hod.* §. 15. *De loco inuestiturar. Imper.* §. 16. *De simultanea inuestitura.* §. 17. *Quotupliciter constituatur?* §. 18. *Simult. inuest. ob successionem, necessitas.* §. 19. *De eius vsu hod. & in feudis Imperii.* §. 20. *De ordine succedendi plurium. S. I.* §. 21. *De renouatione inuestiturae.* §. 22. *Immunitas ab ea.* §. 23. *An exspectiuati quoque obligati?* §. 24. *Quid de simultanee inuestitis?* §. 25. *Singulare de Lusatia.* §. 26. *De pluribus Dominis.* §. 27. *Quid, vno ex pluribus Dominis defuncto, obtineat?* §. 28. *Quid, mortuo Episcopo?* §. 29. *Quid, alienato dominio directo, aut diuisione instituta?* §. 30. *Quid de pluribus vasallis?* §. 31. *De vniuersitate vasalla.* §. 32. *De feudi alienatione.* §. 33. *De spatio petendae renouationis.*

nis. §. 34. *Quando currat istud spatium?* §. 35. *Vtrum liceat hunc terminum mutare?* §. 36. *De venia moræ.* §. 37. *De indulti honorario.* §. 38. *Excusationum causæ.* §. 39. *Instrumenta renouationis.* §. 40. *De origine litterarum inuestituræ.* §. 41. *A quo dentur?* §. 42. *De denombremento.* §. 43. *De inuestituris per procuratores.* §. 44. *Applicatio ad Imperatorem.* §. 45. *De Vasallorum procuratoribus.* §. 46. *Sigillatim Imperii Principum.* §. 47. *Absentiæ excusatio.* § 48. *Decretum de conditione legatorum.* §. 49. *De laudemio.* §. 50. *De releuio Senatus Aulici.* §. 51. *De taxa feudali.* §. 52. *Qui ab ea immunes?* §. 53. *De remedio, consequendi laudemium.*

CAPVT IX.

De præscriptione feudali.

§. 1. *Eius definitio.* §. 2. *Qualis possessio hic desideretur?* §. 3. *Tempus ex quo currat?* § 4. *Utrum in feudis ecclesiasticis sufficiat?* §. 5. *Vtrum in regalibus?* §. 6. *Vtrum inuestitura sit opus?* §. 7. *An bona fides hic desideretur?* § 8. *An titulus sit necessarius?* §. 9. *Triplex casus feudi per præscriptionem acquirendi.* §. 10. *Applicatio ad feuda imperii.*

CAPVT X.

De ſucceſſione in feuda.

§. 1. Primi vaſalli exſules ſucceſſionis. §. 2. De ætate Carolingorum. §. 3. De Conradi II. conſtitutione. §. 4. De eius vſu. §. 5. Succedendi modus triplex. §. 6. De ſucceſſione filiorum. §. 7. Et quidem naturalium ac legitimorum. §. 8. De adoptiuorum ſucc. in feuda Imp. §. 9. De legitimatis per ſubſequens matrim. §. 10. Quid de iure primogenituræ tali in caſu cenſendum? §. 11. De legitimatis per reſcriptum Imperat. §. 12. De filiis ex polygamia ſuſceptis. §. 13. De filiis, poſt diuortium primæ vxoris, ſuſceptis. §. 14. De inceſtuoſis atque adulterinis. §. 15. De filiis morganaticis. §. 16. De liberis ex inæquali coniugio natis. §. 17. De nato ex ſponſa. §. 18. De filiis clericis. §. 19. Quidſi diſpenſauerit Papa? §. 20. De Principibus Euangelicis. §. 21. De aliis cauſis negatæ ſucceſſionis. §. 22. Applicatio ad feuda Imperii. §. 23. Fœminæ etiam excluſæ. §. 24. Secus in Belgio. §. 25. De feudis eccleſiaſticis. §. 26. De feudis Fuldenſibus. §. 27. De feudis Imperii fœmininis. §. 28. Fœminarum ſucceſſio eſt ſubſidiaria. §. 29. Semel excluſa non ſemper excluſa. §. 30. Vtrum

vltimi

vltimi possessoris filiæ diu ante exclusarum descendentibus præferendæ? §. 31. *De feudis hereditariis.* §. 32. *De liberis primi gradus.* §. 33. *De concursu nepotum.* §. 34. *Quid si omnes vlteriorum graduum?* §. 35. *De prohibita feud. regal. diuisione & iure primog.* §. 36. *De Principatibus & Comitatibus.* §. 37. *De eius extensione ad lineam collateralem.* §. 38. *Quis primogenitus sit?* §. 39. *Quid si primogenitus ante patrem decesserit?* §. 40. *An renuntiari possit iuri primogenituræ?*

CAPVT XI.

De successione ascendentium & collateralium in feuda.

§. 1. *An ascendentes succedant in feudum?* §. 2. *Quid si ipsis speciatim prospectum?* §. 3. *De collateralibus.* §. 4. *De fratribus, tam germanis, quam consanguineis.* §. 5. *De vterinis.* §. 6. *De iure repræsentationis.* §. 7. *Quid si fratrum filii soli?* §. 8. *De successione lineali.* §. 9. *An in electoratibus successioni locus sit lineali?* §. 10. *Graduum computatio ciuilis hic obtinet.* §. 11. *Quousque collaterales in feuda*

 succe-

succedant? §. 12. *Quid de coniugibus hic statuendum?*

CAPVT XII.

De successione ex pacto, vel testamento.

§. 1. *Pacta de futura viuentis successione.* §. 2. *Quotuplicia sint pacta successoria?* §. 3. *De consensu Domini directi.* §. 4. *De pactis confraternitatis.* §. 5. *Quorum aliud particulare, aliud vniuersale.* §. 6. *Aliud vnilaterale, aliud bilaterale.* §. 7. *De consensu Imperatoris.* §. 8. *De consensu statuum prouincialium.* §. 9. *Testamentum de feudo non valet.* §. 10. *Idem & de feud. Imp. tenendum.* §. 11. *An de vsu fructu feudi liceat testari?* §. 12. *An in fauorem vnius ex filiis.* §. 13. *De exheredatione.* §. 14. *De feudo legato.* §. 15. *Quid si Dominus & agnati testamento interfuerint?* §. 16. *An Ordinum prouincialium consensu opus?* §. 17. *An potestas alienandi complectatur potestatem testandi?* §. 18. *Quid de feudo oppignorato?* §. 19. *De institutione proximi successoris.*

CAPVT XIII.

De iure Domini atque obligatione vasalli.

§. 1. *De effectu feudi acquisiti.* §. 2. *De iuribus Domini generatim.* §. 3. *De iure honoris.* §. 4. *De iure ad obsequium.* §. 5. *De huius Discrimine a perfecta subiectione ciuili.* §. 6. *Applicatio ad vasallos Imperii.* §. 7. *De Landsassiis.* §. 8. *De iurisdictione in personam vasalli.* §. 9. *De iure eius ad seruitia.* §. 10. *Quando cessent personalia?* §. 11. *Quando seruitia præstanda?* §. 12. *Quomodo præstanda?* §. 13. *An, & quando augeri possint?* §. 14. *Quid si feudum imminutum?* §. 15. *Quid si plures vasalli?* §. 16. *Quid si plures Domini?* §. 17. *Quid si plures de domino directo ligitent?* §. 18. *Quid si bellum iniustum?* §. 19. *De militia conductitia.* §. 20. *Aduersus quos seruiendum?* §. 21. *Applicatio ad Germaniam.* §. 22. *Quid si plures Domini exegerint seruitia?* §. 23. *Cuius sumtibus seruiat vasallus?* §. 24. *Quid si damnum passus sit vasallus?* §. 25. *An Dominus, loco seruitiorum, pecuniam exigere queat?* §. 26. *Nomina illius pecuniæ, & quantitas.* §. 27. *De vsu bodierno*

erno. §. 28. *De annuo canone.* §. 29. *De feudo censuali.* §. 30 *Quid de Imperii vasallis.* §. 31. *De obligatione ad officia.* §. 32. *De feudo Franco.* §. 33. *An feuda equestria a tributis immunia ?* §. 34. *An vasalli ad alimenta obligentur ?* §. 35. *De iure ad tutelam vasalli.* §. 36. *An Imperator & Camera concurrant in dandis tutoribus ?* §. 37. *Tutela fructuaria.* §. 38. *Vsus hodiernus.* §. 39. *Tutela pactitia ac testamentaria.* §. 40. *Tutela Electoralis an possit esse testamentaria ?* §. 41. *Quid de Principatibus ?* §. 42. *De tutela matris ac auiæ.* §. 43. *De renuntiatione.* §. 44. *De pubertate maiorique ætate vasallorum.* §. 45. *De iure consensus in nuptias vasalli.* §. 46. *Vsus hodiernus.* §. 47. *De actione præiudiciali.* §. 48. *De iure Domini circa rem feudalem.* §. 49. *Effectus huius iuris in alienatione* §. 50. *De oppignoratione.* §. 51. *Applicatio ad feuda Imperii.* §. 52. *An & statuum Imp. consensu opus ?* §. 53. *De consensu agnatorum, vel simultanee inuestitorum.* §. 54. *De iure protimiseos & retractus.* §. 55. *De iure reuocandi ex cap. success.* §. 56. *Quid si feudum alienabile ?* §. 57. *De alienatione dominii directi.* §. 58. *An Dominus possit dominio directo renuntiare?* §. 59. *De consolidatione.* §. 60. *De iure ad rem.*

CAPVT

CAPVT XIV.

De iure vasalli atque obligatione Domini.

CAPVT XV.

De debitis feudalibus.

Qua ratione successores a dotalitio se liberare queant? §. 13. *Quomodo finiatur dotalitium?* §. 14. *De dotalitio in feudis Imperii.* §. 15. *Quid de feudis Imperii ecclesiasticis?* §. 16. *An finiatur per secundas nuptias?* §. 17. *De alimentis & dote.* §. 18. *De dote ex feudis Imp. praestanda.* §. 19. *De appanagio & paragio.* §. 20. *De legitima, ex feudo praestanda.* §. 21. *De impensis funeris.* §. 22. *De hypotheca tacita.*

CAPVT XVI.

De modis finiendi feudi.

§. 1. *Partitio.* §. 2. *De consolidatione.* §. 3. *De praescriptione.* §. 4. *De rei interitu.* §. 5. *De insigni deterioratione.* §. 6. *De temporis lapsu.* §. 7. *De susceptione clericatus.* §. 8. *De felonia.* §. 9. *Applicatio ad status Imperii.* §. 10. *Felonia in Dominum quotupliciter committatur.* §. 11. *Posterior modus.* §. 12. *De aliis delictis.* §. 13. *De caussae cognitione.* §. 14. *Quid de illicita alienatione?* §. 15. *De feloniae remissione.* §. 16. *Quando perueniat feudum, ob feloniam amissum, ad Dominum?* §. 17. *Exceptio de filiis, inprimis in*

feud.

feud. Imp. §. 18. *Applicatio ad feuda Imp.* §. 19. *Quid si felonia commissa in alios?* §. 20. *De Prælatorum felonia.* §. 21. *De felonia Domini.*

CAPUT XVII.

De separatione feudi ab allodio, itemque de fructibus, accessionibus atque impensis,

§. 1. *Quando opus sit separatione?* §. 2. *Tempestive instituenda.* §. 3. *De fructibus perceptis.* §. 4. *De pendentibus.* §. 5. *De accessionibus.* §. 6. *De impensis.*

CAPUT XVIII.

De variis feudorum speciebus.

§. 1. *Feudum* 1) *aliud proprium, aliud improprium.* §. 2. *In dubio feudum præsumitur proprium.* §. 3. *An detur species intermedia?* §. 4. 2) *Aliud nobile, aliud ignobile*

bile. §. 5. *De feudo quod dicitur* Klepper-Lehen. §. 6. 3) *Aliud nouum, aliud antiquum.* §. 7. *Quale in dubio præsumatur?* §. 8. *De feudo nouo, in vim antiqui concesso.* §. 9. *De eo, quod refert, sitne feudum antiquum, an nouum.* §. 10. *Quid, si filius, repudiata patris hereditate, de nouo inuestitus?* §. 11. *Quid de feudo recuperato?* §. 12. *De feudo permutato.* §. 13. *Quid valeat pretium antiqui, quo nouum emtum?* §. 14. 4) *Feudum aliud immediatum, aliud mediatum.* §. 15. 5) *Aliud seruitiis obnoxium, aliud francum.* §. 16. 6) *Aliud ex pacto & prouidentia tale, aliud hereditarium.* §. 17. 7) *Aliud masculinum, aliud fœmininum.* §. 18. 8) *Aliud in curte, aliud extra curtem.* §. 19. 9) *Aliud est ligium, aliud non ligium.* §. 20. 10) *De feudo tutelari &* 11) *pupillari.* §. 21. 12) *De feudo pignoratitio.* §. 22. 13) *De feudo fiduciario.* §. 23. 14) *De feudo censuali.* §. 24. 15) *De feudo iniurato.* §. 25. 16) *De feudis conditionatis.* §. 26. 17) *De feudo castrensi.* §. 27. 18) *De feudo aperturæ.* §. 28. 19) *De feudo guardiæ.* §. 29. 20) *De feudo guastaldiæ.* §. 30. 21) *De feudo aduocatiæ.* §. 31. 22) *De feudo keminatæ.* §. 32. 23) *De feudo soldatæ.* §. 33. 24) *De feudo de Camera &* 25) *de cauena.* §. 34.

26) *De*

CAPVT XIX.

De actionibus feudalibus.

CAPVT XX.

De iudicio & processu feudali.

constituant? §. 5. *Quot Pares curiae?* §. 6. *De eorum iuramento.* §. 7. *Quid si de subfeudo lis sit?* §. 8. *Quando ad iudicem ordinarium prouocare liceat?* §. 9. *Quis iudex, si lis sit de possessione?* §. 10. *Vtrum & hodie vsus Parium Curiae?* §. 11. *Quis iudex in caussis feud. Ordinum Imperii?* §. 12. *Quid si lis sit, in possessorio?* §. 13. *An Imperator opus habeat Ordinum Imperii auxilio?* §. 14. *De Imperii Vicariis.* §. 15. *Quid de subfeudis Imperii iuris?* §. 16. *De arbitris.* §. 17. *De modo procedendi antiquo.* §. 18. *De ordine iudiciorum feudalium hodierno.* §. 19. *De actione.* §. 20. *De citatione.* §. 21, *De contumacia.* §. 22. *De exceptionibus dilatoriis.* §. 23. *De reconuentione.* §. 24. *De litis contestatione.* §. 25. *De probatione.* §. 26. *De sententia.* §. 27. *De remediis suspensiuis.* §. 28. *De executione.*

ELEMEN-

ELEMENTA IVRIS FEVDORVM, TVM PROVINCIALIVM TVM IMPERIALIVM.

CAPVT I.

DE FEVDI DEFINITIONE, ORIGINE, VARIISQVE NOMINIBVS, NEC NON DE FINE HVIVS INSTITVTI, ITEMQVE DE ALLODIIS.

§. I.

Ntequam de rei ipsius origine agamus, necesse esse arbitror, aliquam eius definitionem praemittere. Quae, pro diuerso vocabuli significatu, quem interpretes adducere solent, triplex esto. *Definitio feudi,*

§. II.

Feudum initio est res, vel etiam rerum vniuersitas, nexu fidelitatis (a) singularis intercedente, concessa ad vsum. (b) *1. Obiectiue,*

§. III.

(a) De hac infra pluribus agendum.

(b) *Vsus* vocabulo hic intelligo legitimam fa-

§. III.

2. *formaliter*; Præterea est *conuentio*, qua dominus ac vasallus nexu singularis fidelitatis rite inter se iunguntur, atque huic res quædam, aut vniuersitas rerum ac iurium, accedente inuestitura, ad vsum conceditur.

§. IV.

3. *effectiue sumti.* Denique est *legitima facultas*, re, vel rerum vniuersitate, beneficii titulo accepta, vtendi; vel etiam hunc vsum dirigendi; (c) nexu singularis fidelitatis intercedente.

§. V.

cultatem, aliquid saltem vtilitatis ex re concessa percipiendi. Siue ista vtilitas *vera* fuerit, ad veram nempe beneficium accipientis felicitatem conducens; siue *imaginaria*; hic parum, vel nihil refert. Nec temere isthoc vtor vocabulo; sed vt omnibus omnino feudorum speciebus definitio sit quam aptissima.

(c) Feudi etenim vocabulum nonnunquam & dominium directum signare, cum aliis obseruauit G. A. STRVVIVS *in Syntagm. I. F. cap. II. th.* 2. *n.* 3. *Add. II. F.* 9. *in fin. II. F.* 34. §. 1. *II. F.* 55. §. 1. *in fin.* Cuius generis formula quoque occurrit in *capitulatione* Augustissimi Imperatoris, *Caroli VI. art. X.* prope ab initio: Dieweil vorkommen, daß etliche ansehnliche dem Reich angehörige Lehen in Italien und sonst veräussert worden seyn sollen; eigentliche Nachforschung derentwegen

§. V.

Feudum imperii quid? nec non prouinciale?

Quæ ad feuda Imperii ſine negotio poſſunt applicari, ità quidem, vt feudum imperiale audiat, quod à ſupremo S. Imperii Romano-Germanici capite proxime eſt acceptum. (d). Atque ex oppoſito feudum dicimus prouinciale, quod a Domino acceptum eſt medio; ſiue imperio regat territorium, ſiue priuatæ fuerit ſortis.

§. VI.

Feudorum origines Germanico-Francicæ.

Proximiores iuſtorum feudorum origines ad Germanos cum aliis refero; ita tamen, ne *a Taciti æuo* easdem repetam; ſed vt potius cum Regni Francici in Germania ſtabiliti primordiis rei quoque beneficiariæ certa coniungam initia. Id quippe exploratum habemus, CLODOVEVM M. eiusque poſteros beneficia, tum *officii eminentioris*, tum *miniſterii inferioris* cauſa, diſtribuiſſe (e).

§. VII.

gen anzuſtellen. ꝛc. Vbi ſane vocabulo Leʒen nihil aliud intelligi poteſt, quam dominium directum, Imperio competens, cuius legitime recuperandi cura Imperatori eſt impoſita.

(d) Conf. diſſ. mea *de feud. Imperii orig. atque indole ſub primis Francor. Reg.* §. 9 & 10. Vbi ITTERVM quoque in viam reuocaui.

(e) Dixi ea de re copioſius, additis rationibus, vocatisque in ſubſidium teſtimoniis fide digniori-

§. VII.

Sententia alia reiecta.

Quae quum ita sint, nec feuda fuisse, nec his originem dedisse arbitror instituta, quae eam in rem a Doctore non vno solent allegari: vt *militias* Romanas; *clientelas; foedera inaequalia; agros vectigales;* veterum *colonos;* principum veteris Germaniae *comites;* reliqua. (f)

§. VIII.

gnioribus, in *cit. Diss.* §. XI. sqq. Inde autem a PIPINI & CAROLI M. temporibus feudorum institutum certe magis pedetentim magisque excultum, ac maiora cepit incrementa. Conf. SPENERI *primit. historico-feudal. obseruat. III.* §. 14. *seqq.*

(f) HOTTOMANNI *comment. verb. iur.* voce: *militia vrbana.* DIONYS. HALICARNASS. *antiquit. Rom. lib. II. pag.* 45. *seq.* edit. H. Glariani-Illustr. quondam de COCCEII *hypomnem. iur. feud. tit. I.* §. 6. ibique LANGGVT p. 20. seq. G. A. STRVVII *syntagma I. F. cap. I. th.* 1. 2. 3. vbi & *remotiores* feudorum *origines* exponuntur. SCHILTERI *not. ad cit. syntagma.* STRYKII *E. I. F. cap. I. qu.* 1-4; vbi a *iure gentium* feudorum origines ducuntur. L. B. de LYNCKER *analect. feud. cap. I. aph.* 2. Sed conferatur TITII *ius feud. Germ. cap. I.* §. 1. *seqq.* ITTERVS de *F. I. cap. I.* §. I. *sqq.* B. G. STRVVII *histor. iur. cap. IIX.* §. 3. *seqq.* BVRIVS ad SCHILT. *I. I. F. c. I.* §. I. (Erleuterung des in Teutschland üblichen Lehn-Rechts rc.) statim ab initio.

§. VIII.

Ex supra demonstratis præterea consequitur, erroris non leuis esse arguendos, qui, præsertim *I. F. I.* ac ICtorum Italorum auctoritate abusi, *Longobardis* feudorum primordia, repugnante omni historiarum fide, tribuerunt. (g)

De origine feudorum Longobardica.

§. IX.

(g) Negat ALTESERRA *de feudis Galliæ c. I. p.* 3. quod alii adfirmarunt, Longobardos, occupata Italiæ parte, agros mox Ducibus & militibus distribuisse, sub iis conditionibus, quæ redactæ sunt in libros feudorum. Produxit locum ex PAVLO DIACONO, *de gestis Longobard. libr. II. c.* 18. his verbis conceptum: „His diebus multi nobilium „Romanorum, ob cupiditatem, interfecti „sunt; reliqui vero per hostes diuisi, vt *ter-„tiam partem suarum frugum* Longobardis „persoluerent, *tributarii* efficiuntur.„ Ecce altum de beneficiis, seu feudis, silentium. Conf. THOMASII *dissert. de origin. feud.* §. 3. 4. nec non *hist. iur. feud.* §. 35. Sed vid. Illustris Fridericianæ Cancellarius Dn. de LVDEWIG in singul. I. P. p. 193. Adde SPENERI *primit. hist. feud. obs. II.* §. 5. *not.* (*y*) nec non *obs. III.* §. 16. vbi dubiam expendit quæstionem, vtrum Longobardi iam ante Francorum per Italiam Imperium feuda habuerint, an vero ab istis hæc acceperint? ac prius argumentis vero similibus recte defendit. Post hæc dicam quoque mereri puto THOMAM FRANZIVM,

§. IX.

Vtrum Romanorum beneficia feudorum occasio fuerint?

Id equidem extra dubitationis aleam est positum, quæ nunc feuda dicimus, quondam beneficiorum nomine in latinis libellis esse signata, petito a Romanis vocabulo. (h) Vtrum autem militaria Romanorum beneficia, qualia nempe ALEXANDRI SEVERI ætatem tulisse, testis est ÆLIVS LAMPRIDIVS (i), occasionem introducendorum per Ger-

quam ideo ipsi, post breuiores aliorum animaduersiones, ex instituto prolixius scripsit SPENERVS *cit. Obs. III.* quod *Carolum M. primum feudorum* auctorem, singulari oratione, syntagmati Struuiano iuncta, prædicauit.

(h) Vid. Differt. mea *de orig. & prim. ind. feud. Imp. §. 6.* Ceterum vocabulum beneficii & ad prædia *censitica* pariter atque *emphyteutica*, nec non ad *pignus*, *cum antichresi* constitutum, scriptores quondam applicuisse, ostendit SCHILTERVS in *comment. ad rubr. I. F. A. §. 5.* Singularia, lectu sane dignissima, de Romanorum beneficiis, habet Illustr. Dn. de LVDEWIG *in iur. clientel. cap. II. §. 8. seq. pag. 37. seqq.* It. *in iur. feud. cap. I. qu. II. §. 5. seqq.*

(i) Quæ data fuisse viris ad bellicum armorum vsum aptis, ipsum LAMPRIDII *in vita Alexandri Seueri cap. LIIX.* prostans testimonium, *cit. loc.* a me adpositum, perspicue docet. Quod propterea hic repetendum, ne quis obiiciat, ista tantum inermibus data fuisse veteranis.

Germaniam feudorum Francis præbuerint, ea adhuc ſub iudice lis eſt. (k)

§. X.

Quod ſi celebris admodum de expeditione Romana conſtitutio tribui ex vero poſſet CAROLO CRASSO; nullum certe dubium eſſet, quin ſeculo IX. vocabulum feudi, quippe quod in illa occurrit, latine ſcribentibus iam fuiſſet vſurpatum. Verum hac de re plura iam dixi alibi (l). Vbi & de vocabuli deri- *Feudi vocabulum recentius.*

(k) Quod oſtendi iam in *cit. Diſſ. ad* §. *XI. not. y.* vbi & GVNDLINGII ſententiam breuibus expoſui, adductis ſimul B. G. STRVVII & SPENERI obiectionibus, iuncta & mea tandem ſententia. Interea tamen ingenue fateor, iſta Romanorum beneficia militaria iure pleni dominii fuiſſe poſſeſſa; quum verba Lampridii: *nec vnquam ad priuatos pertinerent*, neutiquam reipublicæ proprietatem; ſed id tantum deſignent, beneficia iſta tranſire haud potuiſſe in alios, quam *milites*; quippe quibus priuati contradiſtinguuntur.

(l) In *cit. Diſſ.* §. 5. Ipſam conſtitutionem poſt alios quoque publicæ lucis fecit LVNIGIVS in corp. iur. feud. Germ. P. I. num. II. p. 15. ſeq. V. C. GE. CHR. GEBAVERVS eandem quoque cum notis MARQVARDI FREHERI & aliorum, Schilteri I. I. F. adiecit. Interea SCHILTERVS ipſe in *mantiſſa, diſſertationi de curiis dominicalibus adiecta*, diploma LVDOVICI PII in medium pro-

deriuatione iam egi; eorum amplexus sententiam, qui feudi nomen a Feode, vel Feòde, ortum esse statuunt, (m) his potissimum rationibus permotus: 1.) vocabula enim FEODVM, FEODARIVS, INFEODARE, in vetustioribus monumentis frequentius inueniuntur; 2.) ob

produxit, in quo (p. 579. *cod. iur. feud. Alem.* in forma quarta,) notatu maxime digna hæc leguntur verba: *si vtilitas monasterii sic exposcit, mancipiis ecclesiæ* SERVILI *tantum* FEODO *concedatur. Piscatoribus autem* FEODATIS *piscatio sit a Racenhausen vsque Querchlacha. Si quis autem de familia ecclesiæ obierit, - - - iunior filius ipsius - - - cum matre* INFEODETVR. Ad quod diploma B. G. STRVVIVS *in iurispr. feud. c. I. in not. ad* §. 7. *p.* 16. iam prouocauit; nec non Illustr. Dn. de LVDEWIG *in iur. feud. cap. II. p.* 61. *not.* 101. ea quidem ratione, vt, se non habere, fateatur, quare hoc monumentum in dubium vocare debeat.

(m) Quæ cum ita sint, erroris dubio procul arguendi, qui vocabulum credidere latinum, atque id ipsum vel a *fœdere* deriuarunt, quo dominus & vasallus iunguntur, *foedi* scriptura, alicubi ex antiquis monumentis eruta, decepti; vel, quod frequentissimum est, *a fide*, iuris feudalis auctoritate perperam moti; quam profecto tantam esse minime oportet, vt vincat rationem. Vid. 2. f. 3. in fin. Commendandum denuo ante laudatum Illustr. Dn. de LVDEWIG *ius client. cit. cap. II.* §. 5. 6. 7. p. 25. sqq.

2.) ob significatum vocabuli Feode, quod prædium significat STIPENDIARIVM, seu prædium, pecoribus, aliisque rebus, ad vitam alendam facientibus, instructum; 3.) quia vocabulum FEODVM quam facillime in FEVDVM potuit mutari (n).

§. XI.

Præterea paucis notandum, feuda quondam etiam audiuisse *honores*, *militias*, *ministeria*, *munera Regia*, nec non *clientelas* (o). *Alia nomina*

§. XII.

Germanis quondam vocabulum Feode vsurpatum esse, ex ante dictis iam constat; cui deinde (p) vox Lehen suc- *Germanorum Lehen.*

(n) Conf. HVLDERICI ab EYBEN *electa iuris feudalis cap. I. §. 8.* SCHILTERI comment. ad rubr. I. F. A. §. 7. Illustris Dn. de LVDEWIG *cit. ius clientelare, Sect. I. cap. II. §. 2. 3.* It. eiusdem *ius feud. cap. II.* Adde GVNDLINGIANA part. I. obs. I. §. 15. nec non B. G. STRVVII hist. iur. feud. §. 2.

(o) Testimonia larga iam manu adduxit B. G. STRVVIVS in *cit. hist. iur. feud. ad* §. 1. Add. Illustr. Dn. de LVDEWIG *in iur. feud. c. I. qu. 8. p. 42. seqq.*

(p) Vix ac ne vix quidem ante seculum XII. eam contigisse mutationem, *cit. iur. client. S. I. c. III. not. sub* (c) *p.* 46. ostenditur. Add. eiusd. *ius feud. c. III. Qu. I.* Vide quoque V. C. CONRADI *obseruationes iur. feud.*

succeſſit, *beneficam* potiſſimum *conceſsionem* ſignificans, atque adeo etiam de contractibus beneficis, mutuo & commodato, maioribus noſtris vſurpata. Minime tamen vnicum hunc vocis ſignificatum defendo; ſed potius varium eſſe, quam lubentiſſime largior; cum & mihi cognitum ſit ac perſpectum, eandem interdum tum ad contractum *locationis conductionis*, tum ad *iudiciales allodiorum translationes* applicari. (q) Quare ex negotii, quod geſtum eſt, momentis caute iudicandum, vtrum contractus beneficiarius, an vero aliud quid vocabulo hoc indigitetur.

§. XIII.

Vaſalli & Vaſſi qui, & quando dicti?

Qui feuda acceperunt, *Vaſalli* vulgo audiunt, itemque *Vaſſi*. (r) Mero-

feud. theoret. practicas, *ſpec. I. obſ. II.* vbi hæc veritas noue confirmatur. Conf. *obſ. III.* it. BVRII *comment. ad Schilt. I. I. F. p.* 47. *ſeqq.*

(q) Notiſſimæ ſunt formulæ: einem das Haus in Lehen geben; einen an die Lehen ſchreiben, & ſimiles, licet de allodiis ſermo.

(r) Vaſalli, (*ſeu Vaſſalli*, vt olim ſcriptum,) vocabulum alii deriuant a voce *Vaſſus*, quem *deuotum* latinius dicunt. Quam FRANCISCI HOTTOMANNI coniecturam ſequitur L. B. de LYNCKER in anal. ad STRVV. *cap. V. th.* 12 Quæ nec mihi diſplicet; ita quidem, vt

rouingorum ætate *Vassus* denotauit quemcunque *seruientem*, atque adeo & *seruum*

vt Vasalli vocabulum illius haud esse diminutiuum existimem. *Vassos* quippe nullo discrimine *Vasallos* quoque compellatos fuisse, non vno testimonio firmauit CAROLVS du FRESNE *in glossar.* voc. *Vassalli.* Conf. BVRIVS ad *Schilt. I. I. F. p.* 54. *sqq.* Quare concidit PETRI de MARCA opinio, quam *libr. I. hist. Bebarn. cap.* 28. *n.* 10. proposuit, *Vassallos fuisse Vassorum vassallos;* quippe quæ saltem constans minime fuit vtriusque vocabuli distinctio. Præterea illustrationis gratia addimus, *Vassi* nomen & VASSATICVM progenerasse, quod fidem nexumque feudalem, itemque *corpus Vassorum,* ad eandem vnius domini curiam spectantium, designat. EYBENII *electa iur. feud. cap. IX.* §. 1. *not.* (*a*) CAROLVS du FRESNE *in glossar.* sub voce *Vassaticum*, ex *Annal. Franc. ad annum* 757. exhibet formulam: *Ibique Tassilo venit, Dux Boioariorum, in Vassatico se commendans per manus.* Quid? quod AYMOINVS *libr. IV. cap.* 64. testatur: *Illuc & Tassilo, Dux Boioariorum, cum primoribus gentis suæ, venit, &, more Francico, in manus Regis (Pipini)* IN VASSATICVM *manibus suis semetipsum commendauit.* Alii a Vassen, quod idem est, ac vincire, obligare; inter quos est FRIDERICVS SANDIVS, *in tractatu præliminari, comment. in consuet. feud.* præmisso, *num.* 19. Alii a Vast, quod ipsis idem est, ac Vest. Veluti cum GROTIO V. C. TRIERVS *in animaduersione ad exam. I. F. Strykiani*

seruum vilissimum. *Carolingorum* autem æuo frequentius his vocabulis perspicue signati feudorum possessores, (prout ex locis, a CAROLO dû FRESNE sub istis vocibus *in glossario* per aliquot paginas, adductis, merito colligimus;) & quidem dubio procul ea de causa, quod acceptis feudis domino seruierunt (s).

§. XIV.

Cur milites? Milites ideo dicti sunt Vasalli, quod comitari debebant dominum in militiam; quippe quod omnium erat quondam officium; non tantum *minorum*; sed & *maiorum*. Nam & Duces Comitesque milites egisse abunde constat (t).

§. XV.

kiani cap. VI. qu. 2. Alii a Gothico Wåsel, quod *obnoxium* significat. STRVV. *cit. loc.* Alii denique a Gesell; quum Vasalli fuerint fidissimi dominorum comites; quæ, cum aliis, & LEIBNITII in *Tom. IV. supplem. actor. erud. sect. V. p.* 238. fuit sententia; defensa quoque in GVNDLINGIANIS *P. I. obs. I.*

(s) Conf. THOMAS. *Diss. de orig. feud.* §. 11. *not.* (*b*). Ceterum de variis Vasallorum ordinibus infra suo loco agendum.

(t) Notatu dignus est locus WIPPONIS *in vita Conradi Salici*, SCHILTERO etiam in *comment. ad I. F. A. cap. I.* §. 22. adductus; quo *Episcopi*, *Duces & reliqui Principes* audiunt *milites primi*. Quæ militum maiorum atque

§. XV.

Leodium nomen, quod obnoxios denotat, ideo ſine dubio Vaſallis impoſitum, quod obnoxii erant Regibus ad fidem atque officia, vel ſeruitia. Atque hac de cauſa iam inde a Francici Regni incunabulis Regios *Leudes*, ſiue *Leodes*, qui a Regibus prædia ſub lege fidei ac ſeruitii tenuerunt, celebrari novimus (u). *Cur Leodes?*

§. XVI.

Ambactus dictus eſt ſeruus, qui domino adhæret eumque comitatur (x). Am- *Vtrum Ambacti nec non Soldurii Vaſalli?*

atque minorum diſtinctio & in *conſtitutione* CONRADI *de beneficiis*, quam *libr. V. feud. tit. I.* legimus, diſertis verbis traditur. Conferri merentur, quæ CAROLVS du FRESNE *in gloſſar. ſub voce hoſtis*, *p. m.* 791. *ſeqq.* de hoſte & exercitu Epiſcoporum prolixius e veterum monumentis expoſuit. Habet quoque, quæ huc faciunt, Illuſtr. Dn. de LVDEWIG in *comment. ad Aur. Bull. C. XXIX. §. I. not.* (*d*), *p.* 1027. *ſeq.* it. plura in *iur. feud. cap. III. Qu.* 3. & 4. PFEFFINGERVS *in Vitr. illuſtrato*, *libr. I. tit. XX. ad §.* 4. *ſub lit.* (*f*) *p.* 854. *ſeqq. tom. II.* Infra quoque de vaſallorum militia occurrent plura, in doctrina de ſeruitiis vaſallorum.

(u) Prout docet ALTESERRA *de feudis Galliæ cap. I. p. m.* 4 & 5. teſtimoniis GREGORII TVRONENSIS, nec non FREDEGARII atque AYMOINI hanc in rem adpoſitis.

(x) Vid. SCHILTERVS in *comment. ad I. F. A. cap.*

Ambactorum, qui antiquae Galliae equites fuerint, IVL. CAESAR *lib. VI. de B. G. cap.* 15. meminit: *eorum vt quisque est genere copiisque amplissimus, ita plurimos circum se ambactos clientesque habet.* Verum hos a nostro instituto esse alienos, cum summa fiducia arbitror; quis enim, quaeso, Ambactos illos priscorum Gallorum Vasallos crediderit; quum tamen Iulii Caesaris aetate feuda exstiterint nulla. Aeque profecto haec mihi vapulat sententia, ac ea, qua Gallorum *Soldurios* (y) pro vasallis nonnulli perperam venditarunt. Neque enim a qualibet fide singulari ad vasallos valet argumentatio (z).

§. XVII.

Alia Vasallorum nomina latino-barbara.

Missis itaque his, alia potius Vasallorum nomina *communia* paucis adnotamus. Quae enim quibusdam tantum Va-

A. cap. 112. *§.* 1. *It. in I. I. F. c. I.* §. 1. Vbi & ad feudorum instituta hoc applicat vocabulum; vasallos priscis Gallis ambactos dictos fuisse, ratus. Sed conf BVRIVS *ad hunc §. in comment. p.* 59. *seqq.*

(y) Quorum hanc fuisse conditionem, I. CAESAR *Lib. III. de B. G. cap.* 22. narrat: omnibus in vita commodis eos cum his vsos fuisse, quorum se amicitiae dediderint; si quid iis per vim acciderit, aut eundem casum vna tulisse, aut sibi mortem consciuisse.

(z) ALTESERRA *de F. G. cap. X. init.*

Vasallis, veluti *Ducibus*, *Marchionibus*, *Mareschallis*, *Camerariis*, similibusque, a certo officii vel ministerii genere sunt *propria*, ea hic non curamus. Scilicet audiunt quoque *fideles*, a singulari fide; *Clientes* vel *Clientuli;* quoniam in domini clientelam concedunt; *Feodatarii*, vel *Feudatarii*, a feudis; (aa) *Beneficiati*, vel *Beneficiarii*, a beneficiis; *Comites*, quoniam haud raro erant in dominorum comitatu, tum aulico, tum bellico; *sodales*, eadem de caussa; *homines*, quod dominis, intuitu beneficiorum, obsequii ac seruitii nexu, erant subiecti; (bb) reliqua. (cc)

§. XVIII.

Germanis Vasallen, Lehen-Leute, itemque Mannen (dd) audiunt; olim quo- *Germanica.*

(aa) *I. F. I.* §. 1 & 2. *I. F. IV. pr.* & §. 5. *I. F. V. pr. I. F. X.* & *XIII. V. F. II.*

(bb) *Homines* apud veteres dicti sunt *famuli*, *actores*, *procuratores*, similesque; mediis deinde seculis, qui alterius potestati quauis ratione erant subiecti, siue seruilis, siue ingenuae conditionis; speciatim denique *vasalli*, quorum etiam fidei professio ex hoc *hominium* vel *homagium* appellatum. CAROLVS du FRESNE in *glossar h. voc.*

(cc) EYBENII *elect. iur. feud.* cap. IX. §. 1. seqq.

(dd) Vnde Mannschaft, quod nexum fidemque denotat feudalem *I. F. A. cap.* 96. Hinc etiam

quoque dicti Leute, Knapen, Dienstmannen, Knechte. (ee)

§. XIX.

Concedentis nomina. Qui feuda contulit, *Dominus* (ff) audit plerumque; tum ob supremum, quo gaudet, dominium; tum etiam dubio procul honoris gratia. Qui honor præterea efficit, vt & *Senioris* (gg) *Patronique* (hh) elogio mactetur. Quibus

etiam est, quod *vera* sæpius *feuda* generatim dicta Mann-Lehen; quippe Vasallis concedi solita, atque ab emphyteuticis, nec non censiticis prædiis maxime distincta; licet, deficientibus masculis, ad fœminas transierint. SCHILTERI *Comment. ad I. F. A. cap.* 67. §. 3.

(ee) EYBENIVS *cit. cap. IX.* §. 2. 4.

(ff) Veluti *I. F.* 10. 11. 12. alibique.

(gg) *I. F.* 17. 18. Ruentibus enim post purioris Latii ætatem seculis, Itali, Germani, Galli aliique, latine scribentes, pro domino, Principe, Magistratu, potestatem habente, *Senioris* nomen vsurparunt. EYBENII *elect. iur. feud. cap. VIII.* §. 6. Quare nec mirum esse potest, comites Germanis dictos esse, Graven a senio; quemadmodum Proceres reipublicæ Romanæ Senatores audiuerunt.

(hh) Attendendum hic ad vetustissimum Romanorum institutum clientelare, quod Patronos & clientes arctissimo nexu jungebat. Quod magis certe ad rem facere videtur, quam minus huic rei concinna Patronorum ac libertorum commemoratio.

bus nominibus vſitatiſſimum Germanis vocabulum Herr, (ſiue Lehen-Herr,) reſpondet.

§. XX.

De fine generatim. Quum homines, rectæ rationis principio vtentes, in actionibus atque inſtitutis ſuis, finem ſemper aliquem præfixum habeant; operæ pretium ſine dubio erit, & in hoc inſtituto finem inveſtigare. Eſt autem finis *ratio ſufficiens, propter quam aliquid eſſe, aut fieri debet.* Et quidem proxima ſane ratio ſufficiens, propter quam hominum actiones ac ſingulares eorum conſociationes inſtitui ſemper deberent, nulla eſſe alia poteſt, quam *vera*, tum ſingulorum, tum communis integrarum ſocietatum, *felicitas;* quæ partim in veri boni præſentis fruitione, partim in ſpe futuri boni conſiſtit. Sed quemadmodum homines, vt eorum natura plerumque eſt comparata, a ſcopo ſæpiſſime ſolent aberrare; ita vix eſt, vt hoc vitium ab inſtituto noſtro penitus abfuiſſe, credamus.

§. XXI.

Finis feudorum vtilitas. Id interea extra omnem dubitationis aleam poſitum eſt, cunctos mortalium, qui in ſocietatem feudalem conceſſerunt, ſiue dominorum perſonam, ſiue vaſallorum induerint, *ſingularem*

quæsiuisse *vtilitatem*, qua, extra hanc societatem, se carituros esse, crediderunt.

§. XXII.

Speciatim in Regno Francico.

Ac profecto, vri Principes ambitiosi nihil magis intendere solent, quam vt cupidini augendæ potentiæ satis fiat; sic vero est simillimum, CLODOVEVM M. aliosque huius genii Reges Francorum instituto hoc eum quoque in finem vsos fuisse, vt populis sibi subiectis, libertatis tamen studio maxime captis, non tam violento modo, quam beneficii specie, seruitutis iugum pedetentim imponerent (ii); præterea vero

(ii) Conf. THOMASII *dissert. de originibus feudalibus* §. 13. *p.* 318. *seqq. select. feud. tom. I.* Huc inprimis faciunt, quæ PETRVS de MARCA, *de conc. sacerd. & Imp. Lib. VIII. cap.* 19. §. 2. in medium protulit, verba: CAROLVS MAGNVS, *vt obseruat Wilbelmus Malmesburiensis, libro quinto de gestis rebus Anglorum, præter causas pietatis, motus etiam fuit ad distribuenda liberali manu bona ecclesiis ob vtilitatem Reipublicæ; existimans nimirum, Episcopos sanctius obseruaturos fidem promissam, ac præterea, si res ita postularet, Principem aduersus rebelles adiuturos, ope feudorum datorum, & excommunicationum pondere.* CAROLVS M. *inquit Wilbelmus Malmesburiensis, pro contundenda gentium illarum, (i. e. Germanorum*

vero potissimum, vt nobiles atque ingenuos beneficiis stipendiariis, ob nummorum raritatem, adfectos, tum ad fortia facta, tum ad varia officia alia, vel in aula, vel in cancellis iustitiæ, vel in negotiis fiscalibus, vel etiam in ecclesiis, alacrius obeunda, in communem reipublicæ vtilitatem, magis magisque excitarent. (kk) *Fines* autem *Vasallorum*, qui feuda acceperunt a Regibus, sine dubio meliora fuerunt alimenta, ex beneficiis percipienda; nec non gloriæ captatio; præter vtilitatem publicam, officiis

rum) ferocia, omnes pene terras ecclesiis contulerat, consiliosissime perpendens, nolle sacri ordinis homines tam facile, quam laicos fidelitatem Domini reiicere; præterea si laici rebellarent, illos posse excommunicationis auctoritate, & pœnitentiæ sernueritate compescere.

(kk) De varii generis officiis regni Francici notatu digna habet ALTESERRA, *de Ducibus & Comitibus Galliæ prouincialibus*; HERTIVS in *notitia veteris Francorum Regni*; BVRIVS *ad Schilt. instit. iur. feud. tom. I. p.* 239-364; vbi varia officialium ac ministerialium nomina ordine alphabetico exposuit. Conf. *diss. mea de orig. & prima ind. feud. Imper.* §. 15. *seqq.* Add. BECK I opusculum *de paribus reip. ministri & vasalli iuribus, ex primæua feudorum indole deductis. it. eiusd. diss. de vera indole feudi & officii nobilis.*

ficiis, vel minifteriis fuis, ex fide promovendam.

§. XXIII.

Specialiora de variis feudorum finibus. Magis deinde magisque propagato feudorum inftituto; atque inprimis, vbi feuda etiam oblata per Germaniam frequentius acceſſerunt; mirum fane esfet, ni varii fuiſſent feuda conftituentium fines fingulares. Quo pertinent potiſſimum: 1.) conferuatio rei, cuius alias omnino amittendæ periculum, vel danti, vel offerenti, imminebat; 2.) vt faluti animæ confulerent, qui ecclefiis ac monafteriis bona offerebant; 3.) certæ fummæ pecuniariæ, qua vel dans vel offerens indigebat, acquifitio, ac decora ab æris alieni onere liberatio; 4.) familiarum conferuatio; 5.) vt fubditos offerens in obfequio contineret; 6.) vt iuribus vafallorum Imperii prærogativis frueretur; 7.) defenfio ab hoftium infultibus; 8.) liberatio a captiuitate; 9.) ftolida voluptas, ex ridiculis atque indecoris quibusdam feruitiis cognofcenda; 10) acquifitio noui feudi dati, præter oblatum; 11.) conuerfio alterius feudi in allodium; 12.) beneficii accepti remuneratio; & qui poſſunt eſſe reliqui (ll).

§. XXIV.

(ll) Conf. HERTII & THOMASII *Differt. de feud.*

§. XXIV.

Deficiente vero omni fine fingulari, sola fidelitas, quae feudo cuilibet inest, nonnunquam suffecit, cunctis ex regula seruitiis exclusis. *De fidelitate.*

§. XXV.

Est autem fidelitas, generatim considerata, *curatior eorum, ad quae quis obligatus est, obseruatio.* Atque adeo fidelitas feudalis est *curatior eorum, ad quae Vasallus se obstrictum sentit, obseruatio.* Quae summatim in eo consistit, vt Vasallus dominum teneatur comiter colere ac reuereri; commoda & salutem ipsius, quantum ad corpus, vitam, famam ac bona, promouere, atque auertere contraria; ita quidem, vt, ob neglectas officii rationes, amissione feudi plecti queat. (mm) *Eiusdem definitio, & summa.*

§. XXVI.

His ita expositis, discrimen, quod inter fidelitatem feudalem, (der Lehns-Pflicht,) & fidelitatem perfectae subiectionis ciuilis, (der völligen Unterthanen-Pflicht,) intercedit, paucis quoque est explicandum. Scilicet illa est *relatiua,* atque *Discrimen inter hanc & perfectam subiectionem ciuilem.*

feud. oblat. nec non BVRIVM *ad Schilt. I. I. F. p.* 365. *seqq.*

(mm) Plura de vasallorum, vt & dominorum obligatione dicendi, infra erit occasio.

atque eum in modum se refert ad feudum, vt, hoc amisso, omnino exspiret; neque vasallus, qua talis, pœna grauiori, quam feudi amissione, possit affligi. Illa autem est *absoluta*, quantum communis reipublicæ salus efflagitat; atque adeo, facultatibus licet omnibus amissis, in persona ciuis perdurat; qui & variis pœnarum generibus, pro ratione delictorum, quibus a tramite recto aberrauit, affici, ac bonis non solum priuari; sed & fama & capite plecti potest quam iustissime (nn).

§. XXVII.

De allodiis. Feuda quum antecesserint & per Germaniam allodia, atque illis etiam hodie opponantur; operæ sine dubio pretium erit, & de his nonnulla hic in medium proferre.

§. XXVIII.

Definitio, 1) ex mente maiorum. Allodium, ex mente maiorum nostrorum, est *prædium proprium, vel integrum territorium, a parentibus iure hereditario acceptum; ab omni etiam servitio*

(nn) Pluribus hoc discrimen infra quoque in capite de iure atque obligatione Vasallorum illustrabitur, ac simul tum de vasallorum Imperii immediatorum subiectione ciuili, intuitu Imperatoris atque Imperii; tum de Landsassiatu, quem vocant, *Vasallorum* in Germaniæ territoriis agetur.

vitio ex regula liberum; ciuili tamen Imperio cum suo possessore subditum; quod & , non rogato Principis consensu, libere in heredes transibat. (oo) Quare & vocabulum hoc sine dubio quam rectissime deriuatur ab Al (Ol) & Ode; quasi dixeris: ein alter Sitz, ein alt Stamm-Gut; (pp) vel, quod aliis magis arridet, vt Al contracte idem denotet, quod Adel, Adelich, atque adeo Alode significet einen Adelichen Sitz, ein Adelich Gut. (qq) Mihi vero prius magis

(oo) Quod pluribus veterum locis illustrauit ECCARDVS in *comment. ad leg. Salic.* & quidem *ad rubr. tit.* 62. Vbi quoque miratur, THOMASIVM in *select. cap. hist. iur. feud. Germ.* §. 16. „erroris eos incusare, qui, „allodium *bona paterna* vel *auiatica* denota„re, statuant; quum tamen vox ipsa hunc „sensum nobis suggerat, & tot auctorum te„stimonia adsint. *Si* autem *bona*, *aliter*, „*quam per hereditatem acquisita*, *allodia vo*„*centur*, *hoc abusiue paulisper factum esse.*„ Vid. tamen THOMAS. in §§. qui proxime sequuntur.

(pp) Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *iur. feud. cap. III. qu II. p.* 80. *seqq.* Vbi & etymorum naenias exponit. Add. BVRIVS *cit. loc.* p. 37 . seqq.

(qq) SCHILTERVS in *comment. ad I. F. A. cap.* 64. §. 7. it. in *glossario Teutonico*, voc. *adbal.* Conf. ECCARDVS *cit. loc. p.* 106. Vbi haec legimus: *Is autem, qui allodium possi-*

 debat,

gis eſt ad palatum; quoniam allodium diſtinguitur in nobile & ignobile. (rr)

§. XXIX.

2) Ex vſu recentiori.

Ex vſu autem recentiori adeo late vocabuli ſignificatus patet, vt *quascunque* denotet *res hereditarias*, *ſine vero nexu feudali*, ſiue iure pleni dominii, ſiue minus pleni, in ciuitate poſſeſſas. (ss)

§. XXX.

Vtrum allodia quondam a ſeruitiis militaribus libera?

Ceterum hanc nouimus inculcari doctrinam: allodia a ſeruitiis militaribus non minus, quam ab onere tributorum, ex regula, olim fuiſſe libera. Quod & verum ſine dubio eſt de militia ſtipendiaria; quippe ad quam ſoli beneficiarii milites erant obligati. Quemadmodum autem, veteres Germanos, nobiles atque ingenuos, allodiorum ante introducta feuda poſſeſſores, vltro pro defendenda libertate, ad arma conuolaſſe,

debat, poſſeſſor *dicebatur*; *Germanice* Otelmann, *ſiue, vt nunc dicimus*, Edelmann, *a veteri nempe voce* Ot, *ſcilicet* poſſeſſio; *de qua plura in magno opere etymologico*, *ſub voce* Adel, *in medium proferemus*.

(rr) Vid. illuſtr. Dn. de LVDEWIG, *cit. loc. pag.* 87.

(ss) Conf. THOMAS. *diſſ. de præſumt. allod.* §. 32. *ſeq.* Vbi tamen prædia, vſusfructus iure poſſeſſa, non male excipit; quum plane non ſint hereditaria.

lasse, strenuosque profecto bellatores egisse, tot historiarum monumenta testantur: (tt) ita tamen nec desunt testimonia, quibus constat, & post feuda iam instituta, allodiorum possessoribus, & quidem *ipsorum allodiorum nomine*, militiam a Regibus esse imperatam. (uu)

§. XXXI.

De eorum transmissione in heredes, atque alienatione.

Porro ad ordinariam allodiorum naturam pertinet, vt vel iure hereditario sint acquisita, atque in heredes quoque rursus transmitti queant; vel saltem posterior facultas possessori competat; (xx) licet sæpe cum aliquo temperamento, vt, familiæ conseruandæ causa, agnati iure quodam prærogatiuo gaudeant, fœminæque & cognati, extincta demum illorum stirpe, ad successionem vocen-

(tt) Illustr. Dn. de LVDEWIG in *iur. feud. cap. III. quæst.* 3. *p.* 103. *seqq.*

(uu) Docet hoc *capitulare* CAROLI M. *anni* 807. quod in *corpore iuris Germ. antiqui edit. Halens. p.* 734. prostat. Postquam enim cap. I. de beneficiariis actum; cap. II. hæc sequuntur: „Quicunque *liber* mansos „quinque *de proprietate* habere videtur, *si-* „*militer in hostem veniat* &c.„ Conf. THOMAS. *cit. ante loco;* iuncta tamen eiusdem *dissert. de originibus feudalibus*, §. 13. *not. sub c.*

(xx) Vid. §. 28 & 29. h. c.

vocentur. (yy) Cui & hoc quondam accessit, vt nec sine heredum legitimorum consensu alienari potuerint; (zz) cuius

(yy) In PACTO LEGIS SALICÆ, *tit.* 62. *de allodis cap.* 6. hæc legimus: *De terra Salica in mulierem nulla portio hereditatis transit; sed hoc virilis sexus acquirit.* Subsidiariam tamen mulierum successionem locum habuisse, ECCARDVS *in not. p.* 108. ostendit. Et lex RIPVARIORVM *tit.* 56. *de allodibus, cap.* 3. hæc habet: *cum virilis sexus exstiterit, femina in hereditatem auiaticam non succedat.*

(zz) VET. LEX. SAXONVM tit. XV. cap. 2: *nulli liceat traditionem hereditatis suæ facere, præter ad ecclesiam, vel Regi, vt heredem suum exheredem faciat.* Item titulo XVII: *liber homo, si hereditatem suam, necessitate coactus, vendere voluerit, offerat eam primo proximo suo. &c.* In *corpore iuris Germ. antiqu Halensis p.* 463. Add. GÆRTNER in *comment. ad vet. leg. Sax. cit. tit. p.* 100. *seq. it.* 106. *seq.* IVS SAXON. PROVINC. *lib. I. tit.* 52: Ohne der Erben Laub, und ohne Gericht mag kein Mann sein eigen Gut vergeben. : : : : Vergiebt er es aber wieder Recht, ohne der Erben Urlaub, die Erben mögen sich ihres Guts wohl unterwinden mit Recht ꝛc. Similia IVS PROVINCIALE SVEVICVM *cap.* 308. *ap. Goldast.* habet: Seit einer sein Eigen wieder seiner Erben Willen hin, und ohn des Vogts Ding, sie sollen vor den Richter faren, und sollend es versprechen, und der Richter solte es da antwurten den Erben.

cuius quoque iuris vestigia & hodie passim supersunt. (a)

§. XXXII.

De media specie. Quæ quum ita sint, facile nunc decidi quæstio potest: vtrum media inter allodium & feudum species detur? Quam vtique affirmandam; atque eo cuncta referenda esse bona, censemus, quæ

Erben. Ex diplomatibus thesin hanc confirmauit Illustr. Dn. de LVDEWIG, in *reliquiis omnis æui diplomatum*, in *præfat. ad tom. IV. §.* 5. nec non in ipso tom. IV. num. 31. 36. 43. 52. 53. 68. 74. 119. 120. 123. &c. Quibus & IVS LVBECENSE *part. III. tit. VII. art. I.* est concinnum: Wer frey Erbgut oder liegende Gründe verkauffen will, der soll sie vor allen Dingen anbiethen den nechsten Erben, durch zweene besessene Bürger, ob sie das annehmen wollen vor den Preiß, was andere darum geben: Wollen sie solches nicht thun, so mag er das Gut so theuer, als er kan, verkauffen, weme er will, ohne alle Gefahr. Conf. MEVII *Comment. ad artic. cit. num.* 1 & 2.

(a) CHRISTINÆVS *Vol. III. decis.* 56. REINKINGK *de retr. consangu.* qu. 2. num. 58. sqq. G. A. STRVVIVS in *syntagm. iuris ciu. exercit.* 23. §. 55. ibique PETRVS MÜLLERVS *in notis.* RHETIVS in *dissert. de iure retractus gentilitii cap.* 3. SCHILTERVS in *exercit. XXX. ad pand.* §. 138. STRYKIVS in *vs. mod. pand. libr. XXXVIII. tit.* 16. §. 3. *p.* 1185. *sqq.* V. C. LEYSERVS in *meditat. ad pand. specim.* 193. *n.* 4.

quæ vel nullo iure hereditario, vel fine vlla fubiectione ciuili poffidentur. (b)

§. XXXIII.

1) *De bonis conquifitis.* Hinc ex mente maiorum, ad hanc claffem non male referebantur bona non feudalia, quæ poffeffor a parentibus vel cognatis iure hereditario non acceperat; fed ipfe labore & parfimonia fibi comparauerat. Vnde nata quondam diftinctio inter bona *feudalia, allodialia,* & *acquifita*; Lehn, Erbe und Eigen. (c) Quamvis inficias ire nequeam, tertium huius diftinctionis membrum tandem fere effe neglectum, resque comparatas vulgo etiam allodii nomine fignatas. (d)

§. XXXIV.

2) *De vfufructu.* Præterea nec fine ratione, quippe quam paulo ante iam cognouimus, (e) in hac claffe collocantur bona vfufructuaria; non folum, fi ex iuris Romani fententia accipiantur, qua iure tantum feruitutis poffidebantur; fed &, licet poffeffor

(b) Vid. §. 28. 29. 30. & 31. h. c.

(c) Quod variis veterum teftimoniis iam probauit B. G. STRVVIVS in *commentatione de allodiis Imp. cap. I.* §. 4. *p.* 23. *fqq.* Add. Illuftr. Dn. HEINECCII *elementa iur. Germ. lib. II. tit. I.* §. 13.

(d) Quod *cit. loc.* pariter oftenfum; in vltimo tamen & §. 26. *cum nonnullis fequentibus*, eft confulendus.

(e) In *nota ad* §. 29.

ſeſſor facultate vtendi fruendi, cum aliqua dominii particula, ad perſonam tamen adſtricta, quem iuris Germanici vſumfructum vocare ſolemus, gaudeat; quod in dotalitio contingit.

§. XXXV.

Porro, & terram Salicam inter feudum & allodium mediam in Francorum Regno quondam fuiſſe, cenſet SCHILTERVS (f): „quamuis enim illa cum „feudo in eo conuenerit, quod fuerit res „fiſci origine; ſiue quod vtrumque ex „fiſco & bonis Domini profectum; & „quod in vtroque ſucceſſio fœminas re„gulariter excluſerit; differre tamen „eam a feudo, tum quod *iam ab initio* „fuerit *transmiſſibilis*, quum beneficia „adhuc merus fuerint vſusfructus; tum, „quod *pleno Dominio* gauiſus ſit poſ„ſeſſor. Ab allodio autem diſtinguen„dam eſſe terram Salicam, quod fœmi„nas non admiſerit.„ Verum enim vero, quemadmodum ex variis veterum monumentis conſtat, vocabula allodiorum ac bonorum Salicorum ſæpius promiſcue vſurpata fuiſſe; atque in ipſa lege ſalica titulus, cuius Caput VI. de terra Salica ſtatuit, *de allode* rubrum accepit; 3) *De terra Salica.*

(f) SCHILT. in *inſtitut. iur. feud. cap. III. §. vlt. circa fin.*

cepit; præterea quoque aliunde constat (g), fœminas & ad successionem in allodia, exstincta demum stirpe mascula, fuisse admissas; ita nec omnes, qui talia perpendunt, huic SCHILTERI sententiæ subscribunt (h).

§. XXXVI.

4) *De ciuitat. Imperii.* Magis ad rem faciunt ciuitates Imperii nostri R. G. immediatæ, in se spectatæ (i); quippe quæ nec feuda sunt, nec

(g) Vid. §. 31. *h. c. cum not.*

(h) Ipse SCHILTERVS in *comment. ad ius feud. Alemann. cap. LXIV.* §. 7. hæc habet: *bona auita immobilia, siue allode, Francis terra Salica, Alemannis* Adel Erbe, Adelode, *familiæ conseruandæ gratia habita ac destinata* &c. Vnde perspicue patet, vocabula allode & terra salica synonymice ibi & ipsi fuisse vsurpata. Qua propter illam non male dixeris *allodium, a Rege acceptum.* Pluribus etiam B. G. STRVVIVS in *comment. de allodiis Imp. cap. II.* §. 1. *seqq.* ex monumentis genuinis ostendit, Illustrium allodia Regum largitionibus sua accepisse incrementa. Interea Cap. I. §. 8. pag. 37. sqq. allodium & terram salicam sollicite discernit. Ceterum varias eruditorum de terris salicis sententias omni studio collegit, suamque adiecit BVRIVS *cit. loc. p.* 1209. *sqq.*

(i) Id interea facile largimur, nonnullas Imperii ciuitates feuda possidere, ad patrimonium ciuitatis pertinentia. Exempla in medium produxit Illustr. MOSERVS a Filseck in

nec allodia. Initio etenim vtraque, & feuda & allodia Imperii, possessorem habent medium; post & vtraque iure successionis, quamuis limitatæ, transeunt in agnatos, vel etiam in cognatos cognatasque. Imperii autem ciuitates ita comparatæ sunt, vt proxime subsint Imperatori atque Imperio, ac, salua hac subiectione, instar liberarum rerum publicarum, regantur.

§. XXXVII.

5) De supremis principatibus & lib. rebusp.

Denique quum allodia ciuili cum suis possessoribus Imperio subesse debeant; (k) consequitur profecto, & supremos ad mediam speciem pertinere principatus, liberasque respublicas; quamuis illi a parentibus iure quodam hereditario sint accepti, ac pari iure transeant in successores. Exemplo esse possunt Principatus Noui Castri atque Arausionensis, nec non supremus quondam Prussiæ Ducatus, in Regnum postcon-

in append. part. III. introduct. ad processum iudicii Aulici Imperialis, (der Einleitung zu dem Reichs-Hofraths-Proceß,) *p.* 669. *seqq.* Quemadmodum & nonnullæ ciuitates prouinciales feudis etiam equestribus sunt donatæ; licet ipsæ non magis feudi qualitate afficiantur, quam personæ singulæ, feudorum possessores.

(k) Vid. §. 28. & 29. *h. c.* Add. STRVV. *cit. comment. cap. I.* §. 5. *p.* 26. *seqq.*

conuerſus, itemque fœderati Belgii & Heluetiorum respublicæ.

§. XXXVIII.

Allod. alia prouincialia, alia Imperialia.

Quare allodia Germaniæ noſtræ diſtinguimus in prouincialia, quæ ſuperioritati ſtatuum Imperii territoriali ſubſunt; atque Imperialia, quæ a ſumma Imperatoris atque Imperii poteſtate ciuili proxime pendent. Ac profecto etſi Electoratus, Principatus atque Comitatus Imperii feudi titulo poſſidentur; vix tamen ac ne vix quidem aliqui eorum ſunt, quibus non admixta ſint allodia, ſiue plura, ſiue pauciora (l); vt igitur, caſu aperturæ exiſtente, opus ſit ſeparatione. (m)

§. XXXIX.

De feudis ſolis.

Denique & hic inueſtigandum, vtrum feuda ſolis, Sonnen-Lehn, quæ vocant,

(l) Conf. B. G. STRUVII *de allodiis Imperii commentatio; horum originem, exempla atque iura complectens &c. Cap. I.* §. 9. *ſqq. pag.* 44. *ſqq.* It. integr. *cap. III.* vbi ex inſtituto ingentem allodiorum, Principatibus & Comitatibus Imperii admixtorum, numerum recenſet, teſtimoniisque fide dignis dicta confirmat, inde a *pag.* 140. *vsque ad pag.* 438.

(m) Qua de re, ac ſimul de quæſtione, *vtrum in dubio allodia potius, quam feuda ſint præſumenda?* infra iuſto loco atque ordine agendum.

vocant, alodiis pariter ſint adnumeranda. De his variæ ſunt JCtorum ſententiæ. (n) Vulgaris interea eſt opinio, hoc nomine deſignata fuiſſe *prædia, vel integra territoria Nobilium libera, atque a nemine quidem mortalium; a* SOLE *tamen, ceu Deo imaginario, recognita.* Quid? quod & ritum recognitionis hunc paſſim narrant: feudi ſolis poſſeſſorem, ſtato die equo inſidentem, exorienti ſoli obuiam rite iuiſſe, ſtricto gladio, eoque aliquoties, per aerem, verſus quatuor orbis noſtri plagas, vibrato. (o) Quam opinionem vulgarem GVNDLINGIVS (p) riſui exponere ſtuduit, magna ſimul fiducia perſuaſus, eiusmodi terras quondam fuiſſe feudales, ac poſtea, ſoluto

(n) Has ſingulari cura congesſit BVRIVS *cit. loc. pag.* 437-446.

(o) Vid. HVLDERICVS ab EYBEN in *electis iur. feud. cap. VI.* §. 7. in op. iunct. ed. p. 562. ſeq. & in *differt. de feudis ſolaribus priori, ibid. p.* 646. *ſeqq.* Hanc proxime excipit *p.* 652. *ſeqq.* AHASVERI FRITSCHII *exercitatio de feudo ſolari*; quæ disſertationis poſterioris titulo ibi eſt inſignita. Add. DNVS ab ERFFA in *disſertat. de bonis German. feuda ſolaria dictis.* B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feudali, cap. II.* §. 7. vt & in *commentat. de alod. Imperii cap. I.* §. 6.

(p) In *Gundlingianis part. XII. obſeruat. III.*

luto nexu feudali, dictas esse Siene-Lehn, hoc est eigene Güter, prædia iure proprietatis & sine nexu feudali possessa; per errorem autem postea scripsisse homines, orthographiæ ignaros, Säne-Lehn, tandem Sänne-Lehn; vnde porro emerserit Sonnen-Lehn. Sed hæc non sunt, nisi coniecturæ; quibus tamen & alii omnes, ob defectum meliorum probationum, hic indulgent. Nec sane vero videtur simile, nomen harum terrarum (derer Sonnen-Lehen) a cultu solis idololatrico ortum esse; quum id ipsum æui sit recentioris, quo maiores nostri gentilium castra diu deseruerant. Quoniam interea omnes fatentur, feuda solis, quæ dicuntur, vero nexu feudali carere; necesse est, vt vel ad alodia, vel ad mediam referantur speciem; quorum prius mihi verius ea de causa videtur, quod terræ fuerunt liberæ, iure proprietatis possessæ, atque in heredes transmissæ (q), ciuili quoque Imperio subiectæ (r).

CAPVT

(q) Consent. EYBENIVS, *cit. loc.* FRITSCHIVS *cit. loc.* §. 12. SANDIVS in *tractatu prælim. comment. in consuet. feud. præmisso*, *cap. I. num.* 2. 3. & 4. Vbi his vtitur verbis: „Atque huius „etiam sunt generis castra illa ac iurisdictio„nes, (allodia ante nominauerat,) quæ in„epte ac barbare nostrates Sonnen-Lehne vo„cant,

CAPVT II.

DE ORIGINE ATQVE INCREMENTIS, NEC NON DE INTERPRETATIONE IVRIVM FEVDALIVM.

§. I.

IVris vocabulum triplici hic potissimum significatu accipitur: denotat etenim vel *legitimam facultatem*, iuste aliquid habendi, aut agendi; vel *normam*, actiones humanas dirigentem; vel denique huiusmodi normae *interpretationem atque applicationem*, tum subiectiue, tum systematice intellectam. *Quid iuris nomine hic intelligendum?*

§. II.

Priori itaque significatu acceptum *ius feudale est legitima facultas, iuste ali-* *Iur. feud. defin. I.*

„cant, quasi a sole in clientelam, ac nullius „hominis beneficio, teneantur. Et obtinent „quidem nonnulli sua imperia vacua, soluta- „que ac sine patrono, vt inter alios Baro „Bronckhorstius ac Dominus in Aerssen; sed „ex eo non sunt exempti a Principis atque vni- „uersorum Ordinum Imperio; vnde haud „dubie, tanquam a fonte, in priuatos ista „imperia ac iurisdictiones fuerunt deriuatae.„

(r) EYBENIVS *cit. loc.* FRITSCHIVS *cit. loc.* §. 10. In eo itaque humani aliquid passus est STRVVIVS, quod vtroque paulo ante citato loco, ad illustrandam suam de feudo solis doctrinam, *Regnum Hungariae* in subsidium vocauit.

aliquid intuitu feudi habendi aut agendi. Atque hoc ius dicitur attributum personae; quia personae competit.

§. III.

Definitio II. Secundo est *norma, ad quam hominum actiones, in negotiis feudalibus, sunt componendae at dirigendae.*

§. IV.

Definitio III. Tertio est *perfectio quaedam, crebriori exercitio acquisita,* (habitum alias vocant,) *normam istam recte interpretandi atque ad negotia feudalia prudenter applicandi.*

§. V.

Definitio IV. Quarto denique est *vel compendium, vel maioris molis liber, iuris feudalis* (§. 3. h. c.) *doctrinam, in ordinem redactam, complectens.*

§. VI.

Aliud scriptum, aliud non scriptum. Ius feudale, pro norma actionum humanarum acceptum, in *scriptum* distinguitur & *non scriptum.* Illud est, *quod verbis conceptis ab Imperantibus sancitum fuit ac promulgatum;* hoc vero, *quod usu ciuium est introductum, ac tacito Imperantium consensu firmatum.* Ex hoc enim vim suam, instar legis obligandi, nanciscitur; quippe quae non, nisi a potestate legislatoria, potest oriri.

§. VII.

§. VII.

Ac profecto nullum est dubium, quin, ortis inter Francos feudis, mox & norma aliqua existere cœperit, conuentionibus & vsu introducta, nec non actibus iteratis continuata ac firmata. Constat enim initio, maiores nostros, qui Francorum Regnum antecesserunt, litteris & scriptura, atque adeo & iure scripto, seu ope scripturæ promulgato, caruisse, iureque potius consuetudinario vsos fuisse (a). Et quamuis alia Fran-

Primum ius feudale non scriptum.

(a) Vid. THOMASII *differt. de contentione morum cum iure scripto.* Adde SPENERI *primitias historico-feudales, obseruat. III. §. 3. p. 161. seqq.* vbi veritas hæc, ex fontibus hausta, in medium ponitur. Conf. etiam Illustr. Dn. HEINECCII *histor. iur. Rom. ac German. lib. II. §. 1. sqq.* Nouimus tamen etiam, consuetudinum nomine non semper ius non scriptum, quod iam iam definitum, denotari; sed sæpe vastissimo iuris Romani corpori, quale nulla unquam gens germanica habuit, opponi. Quemadmodum igitur CIRONIVS *in obseruat. iur. can. lib. V. cap. VII. p. 128. seq. edit.* BRVNQVELL. legem Salicam a Romana in eo differre, ait, quod consuetudo & mos vocetur; ita & hoc ad iura patriæ nostræ omnia applicat GVNDLINGIVS *in digestis suis p. 36. §. 32.* eumque sequutus V. C. IO. GE. ESTOR in *analectis Fuldensibus, p. 4.* nec non in *obseruat. iur. feud. I.* speciatim ad iu-

Francorum iam fuerit conditio, vt scripturam calluerint omnino, legemque Salicam scriptam iam ante Chlodovæi ætatem habuerint (b); Merovingicæ tamen stirpis Regum de beneficiis constitutiones nouimus sane cum ignarissimis (c).

§. VIII.

Notatur Franzius cum aliis. Insignis itaque erroris merito arguitur Franzius, quod in oratione supra (d) iam cum refutatione adducta, iuris quoque feudalis, vt ipsorum feudorum, origines ad CAROLI M. constitutionem de beneficiis referre non erubuit. Primas vero de beneficiis constitutiones potissimum CAROLO M. tribuendas esse, haud inuiti largimur; capitularibus Regum Francicorum ea de re abunde testantibus

ra feudorum patria; ita quidem, vt *consuetudines* ipsi denotent *omne ius feudale Germanicum, tam generale, quam speciale.*

(b) Litem equidem hac de re mouit VALESIVS *rer. Francicar. tom. I. p.* 119. legem Salicam CHLODOVÆO M. non fuisse superiorem, ratus; sed satis huic fecisse videtur V. C. IO. IAC. MASCOVIVS in den Geschichten der Teutschen *libr. VIII. §.* 45. Add. iam iam *cit. histor. iur. Heineccciana*, §. 8.

(c) THOMASIVS in *selectis capit. histor. iur. feud.* §. 39. & 40. SPENERVS *cit. loc.* §. 4. & 5. *p.* 168. *seqq.* B. G. STRVVIVS *in histor. iuris varii, cap. VIII.* §. 13. *init.*

(d) *Cap. præc. ad* §. 8 *in not.*

bus (e). Nec minori labe BOXHORNIVS ac MENOCHIVS adſperſi comparent rerum peritioribus; quorum ille, *ſeculo IX*, CONRADO I. & CAROLO SIMPLICE rerum potientibus, feudorum maiorum minorumque ius originem cœpiſſe, ſcripſit; hic autem, OTTONIS II. ætate feudorum iura nondum fuiſſe, contendit (f).

§. IX.

Imperatoris autem CAROLI M. ætate ius feudale Francicum non ſcriptum optimo conſilio in ſcripturam redactum eſſe, ac legum Caroli Germanicarum nomine veniſſe, eſſeque has ipſas, quas in codice iuris feudalis Alemannici dederit, SCHILTERVS arbitratur (g). Qua in re tamen maximopere ipſum falſum eſſe, exiſtimo. Teſtimonia etenim de legibus CAROLI M. feudalibus vernaculis mini-

Quando illud in ſcripturam redactum.

(e) Capitularia iſta Carolidarum beneficiaria, e BALVZII collectione excerpta ſiſtuntur in LVNIGII *corpore iur. feud. Germ. Part. I. n. I. p. I. ſeqq.* Verum & PIPINVM iam de beneficiis conſtitutionem promulgaſſe conſtat; quam exhibet etiam CORPVS IVR. GERMAN. ANTIQ. HALENSE *p.* 530. *num.* 6. *Capit. Compendienſ. anni* 757. Conf. STRVVII *Syntagma hiſt. iur. cap.* 8. §. 13.

(f) Quos refutauit HVLDERICVS ab EYBEN *in electiur. feud. cap. IV.* §. 2.

(g) In *præfat. ad iſtum cod.* §. 8. *Conf. ſeqq.*

minime probant, has potissimum constituere Codicem iuris feudalis Alemannici. Nec maioris est ponderis argumentatio, quam a Codicis cuiusdam MS. rubrica desumsit: Hier hebt sich an Kaiser Karls Lehn-Recht-Puch; quippe de cuius fide nemo iurabit. Addit vero deinde, subsequutos quoque Reges atque Imperatores istud ius feudale suis constitutionibus auxisse (h); praeter has etiam accessisse res iudicatas, in vnum Volumen cum iure constituto collectas; vsque dum iste codex ab Imperatore OTTONE IV. in comitiis Noricis, rogato more maiorum populo, an. 1208. publica auctoritate fuerit promulgatus.

§. X.

Ius Alemann. publ. auctoritate caret.

Quemadmodum igitur singularem hanc suam de publica iuris Alemannici, seu Francici (i) promulgatione hypothesin solidis, vt par erat, argumentis minime demonstrauit SCHILTERVS: ita maiori fiducia contendimus, priuato illum studio

(h) De OTTONIS M. aliorumque Germaniae Imperatorum constitutionibus euoluendus LVDEWIGIVS *cit loc. p.* 18. *seqq.* Addatur STRVV. *cit. loc.* §. 14.

(i) Ius Alemannicum & Francicum vocari, abunde constat Vero autem mihi videtur simillimum, id inde euenisse, quod Alemannia, a Francis deuicta, suum ius non parum ad Francorum leges pedetentim formauit.

ſtudio eſſe concinnatum, cumque aliis poſtea communicatum. Neque enim ignoramus, Imperatores, qui OTTONEM IV. excepere, nullam iſtius codicis in decidendis controuerſiis feudalibus rationem habuiſſe; quod tamen contingere nequiuiſſet, ſi publica Regis ac Procerum Regni auctoritate fuiſſet ornatus (k).

§. XI.

Nec non ius Saxonicum.

Idem de iure feudali Saxonico, iisdem permotus rationibus, affirmare cogor. Vtut etenim Imperatori FRIDERICO tribuunt nonnulli (l); nihil tamen hac de re ex fide dignis conſtat monumentis. Quare, ſententiam iſtam fabulis Gloſſatorum aliis adnumerandam eſſe, non ſine ratione exiſtimo (m).

§. XII.

(k) Conf. THOMAS. *hiſt. ſel. iur. feud.* §. 51. *ſeqq.* GVNDLINGIANA *P. III. Obſ. I.* §. 15. *ſeqq.*

(l) Veluti GRYPHIANDER *de Weichbild. ſaxon. cap. L. n.* 2. *ſeqq.*

(m) In *prooemio I. F Saxon.* hæc leguntur: Dieſes gegenwärtigen Buchs Ausgeber, Käyſer FRIDRICH von Stauffen. Hinc GLOSSATOR *ad I. S. Prov. lib. I. art.* 14: Käyſer FRIDERICH von Stauffen hat das Lehn-Recht geſezet. MELCHIOR GOLDASTVS, hic intelligi FRIDERICVM I. arbitratus eſt; ſed, ſecus ſe rem habere, ac iuniorem potius denotari, contendit CONRINGIVS *de orig. iur. Germ. cap.* XXX. *p.* 187.

§. XII.

De vtriusque auctore atque aetate. Iuris Alemannici concinnatorem fuisse BERTOLDVM de GRIMMENSTEIN, incerta admodum fide (n) affirmari, nouimus. Neque extra omnem dubitationis aleam posita est sententia eorum, qui ECCONI de REPKOW *iuris feudalis Saxonici* compilationem tribuunt (o). Id interea certum

(n) Fide nempe GOLDASTI *in praefat.* der Reichs-Satzungen; qui tamen & ipse dubius. Conf. CONRINGIVS *de O. I. G. cap. XXX. p.* 188. It. BVRIVS *cit. loc. p.* 183. *seqq.* Interea vero non est dissimile, ius hoc feudale eundem cum prouinciali auctorem habuisse; quum istud aliquoties lectorem ad hoc, velut partem priorem, remittat. Vid. e. g. I. F. AL. *cap.* 120. §. 1. *infin.* It. *cap.* 158. *in fin.*

(o) Quam cum aliis tuetur SCHILTERVS; quippe qui iuri feudali Saxonico, iuris Alemannici Codici adiecto, hanc praeposuit rubricam: *Ius feudale Saxonicum, ab* EPKONE *de* REPKAW, *Equite Sax. compilatum.* Nil autem certi hac de re dici posse, adfirmat CONRINGIVS *cit. loc.* HERTIVS *de consultat. leg. & iud. in special Rom. Germ. Imper. rebusp.* §. 13. *Vol. I. opusc. tom. II. p.* 419. *seq.* HORNIVS in *iurisprud. feud. cap. I.* §. 32. Conf. LVDOVICI *praefat. ad I. F. Sax.* §. 3. *seqq.* Interea vero tam similia in medium iam producta sunt pro REPKOVIO auctore argumenta, vt vix ac ne vix quidem aliquid momenti obstare videatur, quo minus SCHILTERI sententiam defendamus. Quo praecipue pertinet, quod ius hoc feudale non solum in antiquo bibliothecae

tum est atque euictum, REPKOVIVM, iuris Saxonici prouincialis architectum, cum HOIERO de FALCKENSTEIN, Imperatoris FRIDERICI II. tempore vixisse (p). Vero quoque est simillimum, mox post confectum ius prouinciale & feudale fuisse in ordinem, quo cernitur, redactum, atque illi adiectum (q). Cuius etiam aetatis, aut potius recentioris paulo, iuris Alemannici consarcinationem esse, censemus (r). Priuatorum autem haec in iuribus

thecae *Lipsiensis Paulinae Codice* membraneo ius prouinciale, cuius ille certo architectus fuit, proxime excipiat; sed & in *Codice Quedlinburgensi*, anno 1260, vel 1270. scripto, vna, qua articulos, numerorum serie ius prouinciale subsequatur; ac praeterea omnes fere codices REPKOVII nomen ferant in fronte. GAERTNERVS in *praefat. spec. sax.* BVRIVS *cit. loc. p.* 172. *seqq.* Huc accedit Illustris Dn. HEINECCII, in *hist. iuris libr. II.* §. 77. prostans argumentum, ab eodem vtriusque huius iuris Saxonici stilo eademque methodo petitum.

(p) Quod diplomatum fide satis demonstrauit STRVVIVS in *syntagm. histor. iur. cap. VI. ad* §. 22. *in not.*

(q) Seculi certe sequentis initio librum hunc iam in Bohemiam, Silesiam, Poloniamque adoptatum fuisse, ferunt CONRING. *cit. cap. I. p.* 187. *sequ.* STRYCK. in *diss. de feud. Siles. S. I. C. II.* §. 2.

(r) LAMBECIVS, *de bibliotheca Caesar. Vindobon. lib. II. cap.*

ribus patriis tunc conferuandis ſtudia dubio procul excitauit ex parte iuſtus a iurium peregrinorum vſu metus (s); ex parte etiam laudabile Imperatorum atque Imperii ordinum arbitrium (t).

§. XIII.

II. cap. 8. teſtatur, inde ab Imperatoris RVDOLPHI I. temporibus vsque ad MAXIMILIANVM I. plerosque omnes Principes Auſtriacos propriis manibus atque oculis vſos eſſe iuris Alemannici codice. Confer. inprimis THOMASII *hiſt. iur. feud.* §. 46. *ſeqq.* vbi LAMBECII rationes non ſolum appoſuit; ſed & ſub incudem reuocauit. Addat. HERT. *cit. loc. p.* 421. Præterea & GVNDLINGIVS, *tit. D. de. O. I. Sect. de hiſt. iur. Germ.* §. 29. *p.* 34. iuris Alemannici compilationem FRIDERICI II. ætati ſupparem eſſe, contendit. Denique ipſo hoc anno 1740. Viennæ prodiit PHILIPPI IACOBI LAMBACHERI *diſſertatio epiſtolaris*, *ad Virum illuſtrem*, *Iſaacum Peyer a Flach & Haslach*, *de ætate iuris illius antiqui Germanici*, *quod vulgo vocatur ſpeculum ſueuicum &c.* quæ natalem poſuit annum 1282.

(s) Scilicet in vulgus notum eſt, iſta ætate tum ius Iuſtinianeum, tum in primis canonicum vſu magis magisque per Germaniam inualuiſſe.

(t) De OTTONE IV, in Francofurtanis comitiis conſtituto, GODEFRIDVS, *Monachus S. Pantaleonis Colon. ad an.* 1208. *apud* FREHER. *tom. I. p.* 378. *in med. edit. Struv.* hæc narrat: „ „Rex primo, deinde ceteri Principes iurant „firmam pacem, terra marique ſeruandam; „----omnia etiam iura, a Carolo M. inſtituta

§. XIII.

Antiquiorem autem iuris feudalis Germanici compilationem dubio procul exhibet incerti auctoris liber vetus de beneficiis (u). Cuius edendi

Antiquior liber vetus de beneficiis.

„tuta, obseruanda & tenenda.„ Quæ, ab aliis quoque confirmata, HENRICVS MEIBOMIVS in *apologia* OTTON. IV. conceptis hunc in modum verbis repetit: „ Actum est Franco„furti ···· de institutis legibus & consuetu„dinibus, a temporibus Caroli M. in præ„sens usque vsurpatis; sed bellorum tumul„tibus non parum labefactis, auctoritate publica renouandis roborandisque. De FRIDERICO II. citatus ante GODEFRIDVS *ad annum* 1235. *pag.* 400. *post. med. ita scribit.*„ Cu„ria celeberrima in assumtione Mariæ apud „Moguntiam indicitur, vbi, fere omnibus „Principibus Regni Teutonici conuenienti„bus, pax iuratur, *vetera iura stabiliuntur,* „*noua statuuntur*, & Teutonico sermone in „membrana scripta omnibus publicantur.„ Quæ prima audit constitutio, vernacula lingua conscripta, CONRINGIO *de O. I. G. C.* 27. *p.* 161. Exhibet eam GOLDASTVS *tom. II.* der Reichs-Satzungen *pag.* 17. Notatu quoque digna sunt, quæ apud eundem GOLDASTVM *pag.* 20. leguntur, Recessus Moguntini verba: Man soll auch die Weltliche Gerichte an ihrem Recht behalten. Similia continet RVDOLPHI I. constitutio, quam *Chronici Spirensis libro V. cap.* 108. *inseruit Christoph* LEHMANNVS.

(u) Quod pluribus ostensum in *selectis feudalibus*

THO-

di mentionem iam fecit FREHERVS

THOMASIANIS, *dissertat. de auctore, fato, vetustate, & raritate libri vet. de beneficiis*, §. 21. *seqq. p.* 147. *seqq.* Vbi FREHERI sententiam, librum hunc *sub Imperatoribus Saxonibus* scriptum esse, expendit, eoque facto, §. 35. *p.* 163. libellum hunc *ante* CONRADI SALICI *tempora* scriptum esse, ea de causa arbitratur, quod CONRADVS SALICVS & nepotum & fratrum in feuda successioem reddiderit certiorem; ex auctore vero *libr. vet. de benef.* §. 76. appareat, tunc temporis ex pluribus defuncti Vasalli filiis Dominum potuisse eligere, in quem beneficium conferre voluerit; nisi filii vno quasi ore atque animo aliquem ex se eidem obtulerint. Quam sententiam suam in §. §. proxime sequentibus magis illustrat. Nihilo tamen minus GVNDLINGIVS, in *Gundlingianis, part. III. obs. I.* §. 14. *eundem post Lotharii Saxonis imperium* concinnatum esse, censuit; petita ex §. XII. istius libri ratione; quippe ex quo cognoscimus, *Regem, quem eligant Teutonici, quum Romam vadat ordinari, comitari debere sex Principes, qui primi sint in eius electione, vt pateat Apostolico* (Papae) *Regis iusta electio.* Ante enim Lotharium illum Imperatorum neminem summi Pontificis de electione sua iudicium expectasse; sed ipsos potius Imperatores de Episcopi Romani electione cognouisse. Vtriusque autem viri quondam illustris sententiae publico, quod Rintelii anno 1735. in lucem prodiit, *programmate, de auctoris veteris de beneficiis vetustate*, contradixit, V. C. IO. GOTTFR. SCHAVMBVRGIVS, IC. veterem

istum

RVS (x); quemque a se editum putauit GOLDASTVS (y); SCHILTERVS autem latinum iuris feudalis Alemannici exemplar esse censuit (z); multis interea diu desideratum

istum auctorem, neque ante CONRADVM SALICVM, neque post LOTHARIVM II. sed media potius inter vtrumque hunc Imperatorem ætate, HENRICORVM scilicet, IV. & V. vixisse, argumentis vero admodum similibus contendens. Dubia quoque insignia sæpe laudatus BVRIVS in *commentat. ad Schilt. I. I. F. C. I. §. 5. p.* 164. *seqq.* iam anno 1732, quo prima prodiit operis continuatio, sententiæ Gundlingianæ opposuit; THOMASII deinde coniecturam *p.* 169. *sq.* amplexus.

(x) Scilicet in commentatione ad constitutionem de expeditione Romana hæc adnotauit: *Habeo librum de beneficiis antiqum, consuetudinibus illis vulgatis vetustiorem, nimirum, quum penes Saxones Imperium esset, scriptum; quem, cum primum otium erit, Deo iuuante, in publicum dabimus.*

(y) In *præfatione ad collection. consuetud. ac legum Imp. circa fin.* Verum fuit id ipsum ius feudale Saxonicum, e iuris Saxonici corpore Polonico Cracouiensi desumtum, a Codice Freheriano maxime diuersum; quum in hoc nunquam, in illo sæpius feudi vocabulum occurrat. Conf. THOMASII *Selecta capp. hist. iur. feud. Germ.* §. 42.

(z) In *præfatione ad Antonii Mincuccii compilationem iur. feud.* §. I. Cuius sententiæ falsitatem tum ex præcedentibus facile est ad intelligendum, tum etiam demonstratam legimus in cit. *hist. iur. feud.* §. 44.

deratum tandem ex antiquo codice EYBENIANO manuscripto publicæ lucis fecit THOMASIVS (aa).

§. XIV.

De harum collectionum vsu.

Quæ quidem collectiones quin in antiquis Germaniæ institutis feudalibus illustrandis vsum, quem vocant, *theoreticum* præstent, nullus certe dubito. Nec desunt Iure Consulti (bb) celeberrimi,

(aa) Euolue *selecta ipsius feudalia.* Typis vero iam fuerat impressus Coloniæ Agrippinæ, anno 1569, in forma octaua, FRANCISCI DVARENI *commentario in consuetudines feudorum* a IOHANNE HAVICHORSTIO adiectus. Qua de re plura in *Bibliotheca Thomasiana tom. II. p.* 1009. *seqq*; nec non in *appendice select. feudal. tom. II. p.* 429. *seqq.* Prostat quoque, vna cum I. F. Saxon. atque Alem. in BVRGEMEISTERI *corpore iuris Germanici*; nec non in LVNIGII *corpore iuris feudalis Germanici*; vt & in *corpore iuris feudalis Germanici*, quod in forma octaua maiore nuper edidit V. C. HENR. CHR. SENKENBERGIVS.

(bb) In his primus est SCHILTERVS, qui in *præfat. ad I. F. A.* §. 2. ac passim in commentario, itemque in *notis ad Struuii Syntagma I. F. p.* 5. hunc vsum admodum defendit. Quem sequitur THOMASIVS in *select. hist. iur. feud. Germ.* §. 70. *seqq.* Addatur eiusdem *differt. de vsu libri veteris de benefic.* BEYERVS in *præfat. ad delineat. iur. feud.* prope a fine. HORNIVS, IC. quondam Saxonicus, in *iurispr. feud. cap. I.* §. 32. 33. & 37. vbi & de vsu iuris

rimi, qui & *pragmaticum* iuri Alemannico non minus, quam Saxonico, per diuersas vtriusque Imperii nostri Vicariatus terras, tribuunt, quatenus recentiores permittunt consuetudines legesque (cc). Quibus tamen ab aliis magni nominis Viris strenue contradicitur, vtriusque inprimis speculatoris nugas gerrasque ostendentibus, omnemque vsum negantibus (dd). Mihi interea non

iuris Saxonici in Principum Saxoniæ controuersiis testatur. Quem pluribus illustrat MÜLLERI Staats-Cabinet, *part. IV. cap. I.* §. *XI. seqq.* Conf. Illustr. Dn. HEINECCII *cit. hist. iur. lib. II.* §. 79.

(cc) In quibus colligendis vtilissimam certe operam præstitit LÜNIGIVS in *corpore iuris feudalis Germanici.*

(dd) Inter quos principem hic merito locum occupat Ill. Dn. de LVDEWIG, qui in *præfat. ad ius clientelare* §. 8. acutissimo hac de re stilo disseruit. Nugarum præsertim historicarum specimina, in his collectionibus obuia, exhibet SPENERVS in *primit. histor. feud. obs. II. ad* §. *5. not.* (t) *p.* 77. *seq.* Ex instituto autem hanc causam prolixius egit STEPH. CHRISTOPH. HARPRECHT de HARPRECHTSTEIN in *speculi Sueuici, præsertim iuris feudalis Alemannici, non vsu moderno*, in cuius *cap. IV*, §. 2-6. & iuri Saxonico veteri dicam scripsit. Sed conf. Illustr. Dn. MOSERI a Filßeck liber, cui titulus: Unparteyische Urtheile von Juridisch und Historischen Büchern, *parte. IV. n. I. p.* 303.

non vna est ratio, cur hic subsistam & iudicium tantisper suspendam.

§. XV.

p. 303. *seqq.* Qui, HARPRECHTVM in quaestione, quam ad non pauca diuersorum Principum iudicia feudalia, nec non ICtorum collegia misit, quorumque responsa tractatui iunxit, statum, quem vocant, controuersiae minus recte formasse, iudicauit. Minime enim quaerendum fuisse: ob, *in defectu litterarum inuestiturae, pactorum & consuetudinum localium*, das Longobardische, oder vielmehr das Schwäbische Lehn-Recht *pro norma decidendi* gehalten werde? sed hac potius ratione: ob, *in defectu* der Lehn-Briefe und anderer Lehen-Verträge, nicht die in dem Schwaben-Spiegel enthaltene Gewohnheiten daselbsten *obseruantiae & consuetudinis* seyn? Conf. DATTII *Volumen rerum German. de pace publica, lib. IV. Cap. I. num.* 3. *seqq.* Vbi Vir celeberrimus ex vero ostendit, duo quondam in Imperio suprema fuisse tribunalia, die Käyserliche hohe Reichs-Pfaltzen in Sachsen und Schwaben; in quibus causae, ad normam iuris Saxonici Sueuicique, fuerint decisae, ad XV. vsque seculum; quo nec omnis Sueuici iuris auctoritas prorsus euiluerit; quum in controuersiis etiam publicis ad illud Principes passim prouocarint; veluti *Dux Lotharingiae* anno 1419, in caussa quaesitae administrationis tutelaris Comitatus Würtenbergici; ac praeterea Serenissimi *Würtenbergiae Comites* pacta sane quaedam dotalia, paucis ante institutum anno 1495. iudicium Camerale annis, adhuc ad formulam iuris Sueuici adornarint; irrefragabili aduersus

§. XV.

Ius feud. Francicum & Bauaricum vetus.

Noua iuris feudalis veteris supplementa nuper in medium produxit paulo ante adductus V. C. SENKENBERGIVS (ee): primum est *Ius Francicum, feudorum Imperii regula.* Siue libri, vulgo Kayser-Recht dicti, *liber III. de iure militum & Ministerialium.* Alterum est *Ius feudale Bauaricum.* Siue *Extractus eorum, quae in manuscripto iure Prouinciali Bauarico de feudis exstant.* Vtrumque & vernaculo & latino sermone, a latere posito, apparet (ff). Prius ideo Imperiale dictum esse putat, quod consuetudines feudales, in curia Imperiali obseruari solitae, iis, quae hic liber complectatur, sint concinnae. Eiusdem auctorem CONRADVM SALICVM esse contendit, conductis hanc in rem testimoniis vero haud dissimilibus; atque inde quoque Imperiale dictum esse arbitratur. Alterius exemplar antiquissimum, quod ipse viderit,

uersus eos testimonio, qui, an Sueuicum ius vnquam receptum fuerit, mirum in modum dubitarint. Conf. quoque saepe laudatus BVRIVS *cit. loc. p.* 195. *seqq.*

(ee) In *corpore iuris feudalis Germanici*, supra iam adducto.

(ff) Et quidem prius *cit. loc. p. I. seqq.* alterum autem *p.* 260. *seqq.*

viderit, ſeculo XIV. chartæ inſcriptum eſſe docet. Quemadmodum autem quatuor quondam fuerint Germaniæ magnæ prouinciæ primariæ, Alemannia, Boioaria, Francia, Saxonia; ita & harum prouinciarum iura, vbi conſenſerint, ius putat conſtituere *commune* (gg).

§. XVI.

Iuris feud. Longob. origo & compilatio.

Poſteaquam & in Longobardiam feudorum inſtituta fuere introducta, & conſuetudines feudales Longobardicæ ſuas ceperunt origenes (hh). Quas, FRIDERICI I. (ii) ætate, GERHARDVS NIGER, CAMPE-

(gg) Vide *præfationem corpori iur. feud. cit. præmiſſam*, §. 4. *ſeqq.*

(hh) In *legibus Longobardorum antiquioribus*, (ad quas commentatus eſt CAROLVS COTTA SICVLVS, itemque ANDR. de BARVTO, NICOLAVS BOERIVS & IO. BAPT. NONNA; quasque GOLDASTVS etiam *collectioni legum & conſuetudinum Imperii*, nec non LINDENBROGIVS *codici legum antiquarum*, vt & V. C. PETR. GEORGISCH *Corpori iuris German. antiqui*, *p.* 914. *ſeqq.* inſeruere,) nulla iuris feudalis veſtigia cernimus, præter Carolinas & Conradinas ſanctiones. Vid. *Libr. III. tit.* 8. de beneficiis & terris tributariis. Vnde Thomaſio in *hiſt. iur. feud.* §. 64. orta eſt coniectura, Longobardos in Italia certam inſtitutorum feudalium normam a Francicis Italiæ Regibus accepiſſe. Sed huic inſignia iam argumenta oppoſuit BVRIVS *cit. loc. p.* 89. *ſqq.*

(ii) OTTO FRISINGENSIS *de geſtis* FRIDER. *I. libr. II. cap.*

CAMPEGISTVS & OBERTVS DE ORTO, Consules Mediolanenses, aut forte iam alii ante

cap. 13. prope a fine, hæc habet: „Aderant „etiam Cumanorum, seu Laudensium, Con„sules, de attritionis suæ diutina miseria la„chrymabilem super Mediolanensium su„perbia facientibus querimoniam, præsenti„bus duobus Consulibus eiusdem ciuitatis, „OBERTO DE ORTO ET GERARDO NIGRO.„ In ipsis autem feudorum libris tum testes excitantur, tum etiam damnantur. Veluti *II. F. I. I. F.* 13.25.28.30.32. & alibi. Non equidem obscurum mihi est, in quæstione de prima iuris feudalis Longobardici compilatione & ad PHILIBERTVM, seu FVLBERTVM, Episcopum Carnotensem, (qui, teste GVILIELMO CAVEO in *hist. litterar. scriptorum ecclesiast. p. m.* 518. *ad annum* 1007, initio seculi XI. vixit, atque anno 1028. e viuis excessit,) prouocari; quum hic *de forma fidelitatis* scripserit, atque ad hoc scriptum provocatum sit *II. F. 6.* vt & in GRATIANI *decreto can.* 18. *Caus.* 22. *qu.* 5. Vid. B. G. STRVVIVS in *hist. iur. var. cap. VIII.* §. 18. nec non in *iurisprud. feud. cap. III.* §. 6. Sed PHILIBERTVS ille *epistolam* tantum *de forma fidelitatis*, & quidem *ex moribus Galliæ*, scripsit ad Ducem Aquitaniæ. Quis igitur, quæso, hanc ad primam iuris feudalis Longobardici compilationem, iusto referre iudicio poterit? Interea notatu dignus est locus RADEVICI *de gestis Frid. I. Imp. lib. II. cap.* 7. *ab initio*, *p. m.* 509. *ap.* VRSTISIVM: „ „Ad vltimum de iure feudorum, quod apud „Latinos *scripto nondum sufficienter expres-*

ante ipsos, memoriæ causa, in scripturam, priuato ausu (kk), redegere. Hanc deinde, additis Imperatorum, LOTHARII, HENRICI II, itemque CONRADI II. & III. nec non Friderici I. & II. constitutionibus, (ll) in suos vsus conuertit compilatio-

„*sum* fuerat, & pene omnes eam beneficio„rum iustitiam in iniustitiam conuertebant, „leges promulgauit, quarum capitula præ„senti annotatione subiecimus.„ Paria habet GVNTHERVS *in Ligurino*, *libro VIII. num.* 590. *seqq. p. m.* 671. *apud* REVBERVM, edit. celeb. Professoris Bipontini, GEO. CHRISTIANI IOANNIS:

„Mox de communi feudorum iure, quod illa
„Perspicuis nondum scriptis expresserat ætas,
„Has dedit & scripto iussit notescere leges &c.

(kk) Falsissimum enim est, quod GOLDASTVS in *præfat. ad tom.* der Reichs-Satzungen adseruit, iuris feudalis Longobardici libellum Imperatori FRIDERICO I. oblatum, atque ab hoc, annuentibus Imperii Proceribus, rite confirmatum fuisse. Cui quoque huius commenti causa dicam iure merito iam scripsit G. A. STRVVIVS in *syntagmat. iur. feud. cap. I. aphor. VII. n.* 6. Nullum quippe verum istius confirmationis alicubi vestigium.

(ll) *I. F.* 19. *cum seqq. II. F.* 40. 52. *cum seqq.* Vtrum autem Lotharii I. an II. sint, quæ hoc nomen præ se ferunt, constitutiones, ea de re inter se contendunt Interpretes. G. A. STRVV. in *syntagm. I. F. cap. I. aphor. V. n.* 3. HORNIVS *in iurispr. feud. cap. I.* §. 20. & 26. Ego sentio cum Struuio, qui LOTHARII

lationis, quæ nouellis Iuſtiniani iuncta eſt, auctor, feudiſta vulgo appellatus; qui, vt vero eſt ſimillimum, fuit HVGOLINVS, ICtus Bononienſis, FRIDERICO II. imperante celeberrimus (mm).

§. XVII.

Tenebris præterea primæ compilationis lumen affundere ſtuduit gloſſa anti-

THARII I. eas eſſe negat. Nam LOTHARII I. ætate ne quidem filiorum, nedum fratris ac patrui ſucceſſio feudalis certa lege definita. Conf. BVRIVS *cit. loc. p.* 113.

(mm) Teſtis eſt ODOFREDVS in *cod. ad authent. Caſſa de SS. eccleſ.* Imperatorem FRIDERICVM II. nouellas IVSTINIANI conſtitutiones ad ciuitatem Bononienſem, vt legum Doctores in ordinem redigerent, miſiſſe; HVGOLINVM autem librum feudalem & conſtitutiones FRIDERICI I. & II. & aliquas leges CONRADI poſt nouam collationem poſuiſſe. Integrum locum exhibet CONRINGIVS *de O. I. G. cap.* 25. *in fin. p.* 153. Nec non SCHILTERVS in *præfat. ad Mincucc.* §. 4. ODOFREDVM autem circa annum 1250. omnium AZONIS diſcipulorum celeberrimum eſſe habitum, atque anno 1265. e viuis exceſſiſſe, GVIDO PANCIROLVS *de claris legum interpretibus libr. II. cap.* 35. teſtatur. Qui tamen HVGOLINVM noſtrum cum alio eius nominis ICto, iam ante hanc compilationem defuncto, confundit libr. II. cap. 17. Ad dubia, quæ HORNIVS in *iurispr. feud. cap. I. §.* 23. in medium protulit, non difficile eſt, reſpondere.

antiquior; cuius auctorem vulgo ACCVRSIVM ferunt. Sed hoc erroneum esse, & loco Accursii alium interpretem, IACOBVM COLVMBINVM, substituendum, SCHILTERVS (nn) arbitratur. Ac profecto ita res esse videtur. Licet enim ACCVRSIVS, Florentinus, absolutiores *in ius ciuile glossas* composuerit, atque opus hoc anno 1220. perfecerit; glossas tamen in feudorum libros concinnarunt alii; Veluti PYLAEVS, HVGOLINVS, VINCENTIVS, aliique; quorum tamen omnium studia superasse visus est IACOBVS COLVMBINVS (oo).

§. XVIII.

Incrementum. Noua iuris huius, quae extraordinaria vocantur, capita, circa annum 1300, aut

(nn) In cit. praefat. §. 6. testimonio vsus MINCVCCII, nec non IASONIS, qui in *praelud. feud.* id ipsum confirmauit.

(oo) PANCIROLVS *cit. libr. II. cap.* 29. & 31. ARTHVRVS DVCKIVS *de auctorit. iur. ciu. libr. I. cap. V.* §. 14. *cap. VI.* §. 13. B. G. STRVVIVS *cit. cap. VIII. hist. iur.* §. 22. Vbi BVLGARVM primo inter glossatores loco collocauit. Quoniam vero libri feudorum FRIDERICI II. aetate demum compositae; BVLGARVS autem, FRIDERICO I. imperante, glossis suis in ius ciuile clarus fuit, teste PANZIROLO *de claris legum interpretibus lib. II. cap. XV. p. m.* 103; consequitur profecto, eum ad glossatores, de quibus hic sermo, nullatenus pertinere, nisi alius hic fuerit BVLGARVS.

aut forte citius, collegit IACOBVS de ARDIZONE, AZONIS atque HVGOLINI auditor; (pp) quæ recentiores corporis iuris editiones pariter complectuntur, ac *librum quintum*, a IACOBO CVIACIO ex variis Imperatorum de beneficiis constitutionibus confectum. (qq)

§. XIX.

Quoniam autem pedetentim defectus in libris feudorum notarunt censores, inque primis neglectum materiarum ordinem; hinc factum est, vt SIGISMVNDO im- *Defectus & reformatio.*

(pp) PANCIROLVS *cit. libr. II. cap.* 32. SCHILTERVS in *cit. præfat. ad Mincuccium* §. 7. BVRIVS *cit. loc. p.* 104.

(qq) Scilicet CVIACIVS duos feudorum libros singulari modo, sine vllo tamen vsu, partitus est, cum *tit.* 22. *libri II.* nouum auspicatus librum, nempe III. & cum *tit.* 25. *ej. libri II.* iterum nouum, qui ipsi est IV. In hoc autem reliquos libri II. vulgatæ editionis titulos, quorum vltimus est *quinquagesimus octauus*, noua distributione auxit vsque ad titulum LXXII. quem deinde cum numero LXXIII. & porro sequentibus, *capitula*, quæ vocantur *extraordinaria*, excipiunt; atque hæc denique de feudis liber V. supra nominatus. Prostat vero etiam *liber VI.* feudorum, a CALVINO collectus, ac varia iuris canonici de feudis capita complexus; quem corpori iuris feudalis Germanici V. C. SENKENBERGIVS *p.* 448. *seqq.* adiecit. Conf. *ipsius præfat.* §. 33. *seqq.*

imperante, ANTONIVS MINCVCCIVS DE PRATO VETERI, Ictus tunc in Academia Bononiensi Celeberrimus, in meliorem libros feudorum ordinem redegerit, *libris VI. de feudis* a se compositis. Quod systema, diu a Ictis desideratum, tandem edidit SCHILTERVS, (rr) atque, vna cum BARAT-

(rr) Plura, quæ huc faciunt, legenda in ipsius *præfat. ad Mincuccium* §. 8. *seqq.* Conf. MAVRITIVS *de libris iuris commun.* §. 24. 25. in opusculis iunctim editis p. 117. seqq. THOMASII *hist. iur. feud.* §. 67. SCHILTERVS equidem, MINCVCCII librum, iussu Imperatoris SIGISMVNDI, compositum, atque adeo *authenticam* minimum iuris feudalis Longobardici *interpretationem esse*, existimauit. Quod tamen quum probare, vt par est, non potuerit; vero interea est similius, priuato tantum ausu MINCUCCIVM laborem hunc suscepisse Neque prouocatio ad huius Imperatoris nomen, quam præfationi præmisit, ad rem facit; quoniam ibidem & ad nomen Iesu Christi; ac post præfationem, initio lib. I. ad nomina quoque Imperatorum diu defunctorum pariter prouocauerit. Ecce ipsi eiusdem verba: *In nomine Domini nostri Iesu Christi, Domini* SIGISMVNDI, *sacratissimi Principis & semper Augusti. &c.* Et post hæc, quæ initio lib. I. legimus: *In Nomine Domini nostri* IESV CHRISTI, *Domini* FRIDERICI, CONRADI, LOTHARII, *sacratissimorum principum, iuris enucleati, ex omni veteri consuetudinario iure collecti, nova feudorum*

BARATTERII *libello feudorum reformato,*

dorum sexpartita ordinatio, *per Antonium Mincuccium de Prato Veteri.* Confirmationem porro illius systematis, ab Imperatore SIGISMVNDO impetratam, (quam vero credit similem SCHILTERVS *cit. loc.* §. 11.) & id maximopere dubiam reddit, quod abunde constat, ipsum studio iuris patrii conservandi admodum flagrasse. Prostat ipsius decretum de iuribus Germaniæ feudalibus obseruandis, anno 1417. Constantiæ editum; quod exhibuit GOLDASTVS *part II.* der Reichs-Satzungen, atque inde repetiit SPENERVS in *primit. hist. feudal. obseruat. II. not.* (*i*) *ad* §. 3. *p.* 63. *seq*: Nachdem wir hie in teutschen Landen zum Rechten sessen, als ein Römischer König, und Hertzog Ludwig und Hertzog Henrich vorgenant, beyde teutsche Fürsten wären, und zum Reich gehöreten, und die Sach teutsch, und um des Reichs Lehn wäre, die in teutschen Landen gelegen wären, und wir ihm beyderseits ein teutsch Recht mit teutschen Fürsten besetzt hätten, und beyde Theil mit teutschen Fürsprechen vorgestanden, und ihr Sach nach teutschen Rechtens Gewohnheit fürgeleget hätten; so sprechen sie zum Rechten, was ieglicher Theil fürlegen wolte, es wäre Briefe, Worte, oder andere redliche Kundschafften, daß er das in teutschen und nach teutschen Rechtens Gewohnheit durch seinen Fürsprecher thun und fürlegen solte. Prostat quoque MINCVCCII *epistola*, qua confirmationem ab Imperatore FRIDERICO III. desiderauit; sed vtrum hanc indulserit Imperator, ea pariter anceps est

mato, (ss) codici iuris feudalis Alemannici adiecit.

§. XX.

Vsus per German. Quantum denique ad iuris huius peregrini per Germaniam (tt) vsum; duplex

est quaestio; quam alii affirmant; alii negant. Vid. SCHILTERVS in *cit. praefat.* §. *XI.* cum *elogiis doctorum Virorum de Antonio Mincuccio*, quae praefationem proxime excipiunt. CONRINGIVS *de orig. iur. Germ. cap. XXXIII. p.* 221. *seq.* HORNII *iurisprud. feud. cap. I.* §. 28. *seqq.* B. G. STRVVII *cit. hist. iur. cap. VIII.* §. 23. *cum not.* BVRIVS *cit. loc. p.* 106. *seqq.*

(ss) Nouum hunc laborem BARTHOLOMAEVS de BARATTERIIS anno 1442. perfecit; quem vna cum Mincuccio, e bibliothecae Regiae Parisiensis codicibus descriptum, in publicam prodire lucem iussit SCHILTERVS, cuius vid. *cit. praefat.* §. 12. B. G. STRVV. *cit. loc.* §. 24. Vnde simul patet, NIC. RIGALTIVM Lutetiae Parisiorum eundem iam anno 1612. edidisse.

(tt) De conseruato enim eiusdem *per Italiae Regnum* vsu pragmatico, quem inprimis Glossatorum olim auctoritas promouit, facile consentiunt historici pariter ac Iuris Consulti; nisi qua forte & illas per oras iura recentiora isti derogauerint. Quum igitur, Imperante OTTONE M. Italiae Regnum Germaniae accessio euaserit, inque hunc vsque diem permanserit; litesque etiam feudales ex Italiae Regno in Germaniam deuoluantur; consequitur profecto, & Germanis si non necessariam, saltem perutilem fore iuris Longobardici notitiam, ad lites istas diiudicandas, aut deci-

duplex hic occasio notanda. Prima fuit nostratium quondam consuetudo, celebres Italiæ scholas, præprimis Bononiesem, iuris, tum Romani, tum Longobardici, sedem quondam perillustrem, studiorum causa salutandi. Altera Academiarum generis eiusdem in ipsis Germaniæ finibus institutio. Hoc ipso enim factum est, vt peregrini iuris notitia imbuti atque admiratione capti homines Academici vsum initio dogmaticum promouerint; qui post & forensem pedetentim progeneraust (uu).

§. XXI.

decidendas; licet in controuersiis de Germaniæ feudis omni omnino vsu careret.

(uu) Non tamen seorsim ius hoc feudale Longobardicum fuit receptum; sed vt accessio iuris Iustinianei, & tanquam collatio X. Vnde & factum postea, vt formula: gemeine Käyserl. beschriebene Rechte, in Imperii constitutionibus passim occurrens, non solum ad jus Romanum, sed & simul ad jus feudale Longobardicum fuerit applicata. Ceterum prostant testimonia apud SCHILTERVM in *comment ad I. F. A. cap. XL.* §. 4. ex quibus intelligimus, sub Imperatore RVPERTO *vsum* iuris feudalis Longobardici aliquem iam fuisse *in curia Imperiali*. Alterum est littera legitimationis, qua Imperator anno 1408. fidelem suum, GERLACVM GRANS, donauit, in qua hæc cum aliis leguntur: *Et insuper feudorum* MEDIOCRIVM *te reddimus capacem*

§. XXI.

Sed subsidiarius duntaxat.

Iste tamen iuris feudalis Longobardici vsus non potuit non esse subsidiarius.

pacem, quae de voluntate dominorum, a quibus deriuantur, poteris obtinere; non obstantibus legibus, statutis, constitutionibus, obseruantiis, consuetudinibus, feudorum vsibus, scriptis & non scriptis, & praesertim Capitulo NATVRALES *in rubrica:* si de feudo controuersia fuerit, collatione X. *in libro feudorum, aliisque iuribus generalibus, prouincialibus aut municipalibus quibuscunque.* Alterum vero simile diploma, anno 1409. concubinae RVDOLPHI von Zeißenheim, postea in matrimonium ductae, eiusque liberis datum, cuius hanc notamus formulam: „Sunderlich „sal in nit schaden das Gesetze und Gewohn„heit in Käyserlichen Lehenrechten begrif„fen, in dem Capitel, das anfahet Naturales, in der Rubricken, ob umb Lehen zwei„tracht were, noch kein ander Gesetze in Key„serlichen Lehnrechten oder anderswo begrif„fen." Principes quoque Imperii nouos illos ICtos, ipsosque etiam Italos, magni facere, atque eorum consiliis & in iure dicundo vti coeperunt. Exemplo hic sit BOLESLAVS X. qui seculo XV. exeunte et initio sequentis DVX praefuit POMERANIAE; hic etenim PETRVM RAVENNATEM eiusque filium, VALENTINVM, teste CONRINGIO *de orig. iur. German. cap. XXXII. p.* 230, ex Italia secum adduxit, ac PETRVM Professorem constituit Gryphiswaldensem; quem plures inter Pomeraniae Vasallos lites responsis suis Longobardicis excitasse, nonnullibi me legere, memini.

us. Quemadmodum enim, maiores noſtros ſuas quondam ſequutos eſſe conſuetudines, ſupra cognouimus; ita & Imperatores in ſcenam produximus, OTTONEM IV. FRIDERICVM II. RVDOLPHVM I. vt & SIGISMVNDVM (xx), qui illarum prudenter conſeruandarum curam geſſerunt maxime laudabilem. Nec omittendus hic omnino videtur FRIDERICVS III. qui, iurium patriorum ſtudio flagrans, cum nonnullis Imperii Principibus id egit, vt lex publica, de iurium Doctoribus, qui peregrinitate cuncta impleuerant, per Germaniam abolendis, promulgaretur (yy). Durius vero iſtud conſilium caruit euentu. Interea variæ tum Ordinum Imperii, tum prouincialium, querimoniæ, de abuſu iuris feudalis

(xx) Vid. *not (t) ad* §. *XII.* nec non *not. (rr) ad* §. XIX. *b. cap.*

(yy) Quod docet proiectum reformationis de anno 1441. tit. V: Alle Doctores der Rechten, ſie ſeynd Geyſtlich oder Weltlich im heiligen Römiſchen Reich teutſcher Nation, ſollen, nach laut der fürgenommenen Reformation, an kaynem Gericht, bey kaynem Rechten, auch in keyns Fürſten oder andern Räthen mer gelitten, ſunder ganz abgethan werden. Sie ſollen auch fürterhin vor Gericht oder Recht nicht weiter reden, ſchreiben, oder Rath geben ꝛc.

dalis Longobardici (zz) inprimis effecerunt,

(zz) Vid. Illuſtr. Dn. de LVDEWIG in *præfat. ad ius client. German.* §. 14. & 15. It. in *præfat. ad iura feud.* §. 13. *ſeqq.* Add. SPENERI *primit. hiſtorico-feudal. obſeruat. II.* §. 3. *cum not.* Scilicet id quidem negari nequit, principum curias iuſtitiæ, ipſamque Imperatoris curiam ſeculo XV. patuiſſe ICtis, iuris Romani & Longobardici ſcientia imbutis; attamen nec minus certum eſt, nobiles, qui ad curias feudales, præter ſui ſimiles, vix alios admiſerunt, vna cum ſtatibus prouincialibus, maximopere cauiſſe, ne a conſueſuetudinibus patriis ad ius Longobardicum potuerit deflecti. Status quoque Imperii, in feudis Imperialibus, iurium ſuorum æque fuerunt tenaciſſimi, nec ferre vnquam potuerunt conſilia adulatorum, de Principibus ac Principatibus Imperii iure iſthoc peregrino ab Imperatore æſtimandis. Quæ dum ſcripſi, incido in opuſculum, cuius hoc eſt rubrum: RICCIARDI DE ANTIQVIS, *D. Mediolanenſis, epiſtola, qua Hermanni Conradi F. Sinceri ſententia de vſu iuris feudalis Longobardici in Germaniæ terris exponitur ac trutinatur Coloniæ, ad exemplum Venetum, ſumtu Oberti van Leenhof* 1738. *editum. Rec.* 1739. Auctor, qui ſub iſto RICCIARDI nomine latere voluit, ſatyram ſcripſit ICtis, nimio iuris Longobardici ſtudio captis. Hinc initio ſtatim epiſtolæ ſuæ peruerſam belli aduerſus Turcas gerendi rationem dolet ludibundus. Deinde narrat, ſe Mediolani, apud Illuſtriſſimum N. diu docendo Comitem factum,

cerunt, ne ius hoc peregrinum patrias consuetudines omnino potuerit conculcare.

ctum, inuenisse librum, qui inscribatur: NICOLAI VIGELII de DREISA, *Hessorum Iuris consulti, methodus iuris controuersi. &c.* quo curatius volutato, et Alemannos etiam sapere se deprehendisse. Opinatum enim esse Virum eruditum, *ideo Turcas in tantum inualescere, quia vera iurisprudentia, & vera iuris Romani ratio negligatur.* - - - -
Horruisse se ad hæc, & serio secum perpendisse, *annon forte inualescentis Turcicæ potentiæ vel hodie hæc causa sit, qua impeditæ vires Germaniæ, non tanto, atque alias, valore Turcas contundere queant.* - - - -
Quum autem, Germanorum Iure Consultorum lectitans libros, - - - - simul cognouerit, *& de iure feudali litigia exerceri;* dum alter ius Germanicum feudale aliquod esse velit; alter eo feudali iure, quod iuri ciuili annectatur, eos viuere iubeat; *præcipue hinc ortam Turcarum insolentiam,* se arbitratum esse. Ius feudale enim, (quod & agnoscat VIGELIVS,) si dubium sit, necesse esse, ipsum Regnum concuti labique; vnde nullum aduersus Turcarum impetus præsentius remedium, quam certitudinem aliquam in feudorum iure. Præsertim, quum hoc de militia respondeat, ad quam hic omnia redeant, ac vasallus teneatur Domino seruitia præstare; atque adeo & *Imperii Principes Cæsarem summa debeant vi iuuare, eidemque subuenire in omnibus, sine vlla distinctione,* an Imperii sint negotia, an vero Domini eiusque

care. Huc accedit, quod & ipſæ Imperii leges eum ſeruari ordinem iubeant, vt iura patria peregrinis præferantur. (a)

§. XXII.

Vſus in feudis Imperii. Inueſtigandum hic etiam eſt, vtrum ius hoc peregrinum vſum quoque habeat in controuerſiis feudalibus Principum aliorumque Vaſallorum Imperii? Non deficit quidem inſignis Doctorum copia, qui hanc quæſtionem ſine negotio affirmant; ſed præiudicatarum opinionum vitio admodum nonnunquam laborantes. Si itaque dicere licet, quod verum eſt, exiguum ſane in eiusmodi controuerſiis vſum iuris feudalis Longobardici pragmaticum eſſe, puto; idque ea ratione motus, quod inſtituta Longobardorum ab inſtitutis feudorum Imperii Germanici non parum diſtent. Quatenus autem libertas Vaſallorum Imperii ex iure feudali Longobardico illuſtrari poteſt; e. g. in quæſtione de transactione, intuitu feudorum; itemque, de arbitris libere eligendis, vtique vſum facile

Domus propria; quum Lex Longobardorum non diſtinguat.

(a) Vid. *Rec. Imp. de anno* 1654 *§.* 105. it. *Ordin iudicii Aulici Imperialis* eiusdem anni tit I. §. 15. *Ordinatio iudicii Cameral. de a.* 1555. *part. I. tit.* 13. & 57.

facile largior, vt argumentum inde petatur a minori ad maius. Alias nobis potius normæ inſtar eſſe debent: AVREA BVLLA cum ALIIS IMPERII LEGIBVS COMITIALIBVS; ſigillatim etiam CAPITVLATIONES Imperiales, ordinationes SVMMORVM IMPERII iudiciorum, PACIFICATIONES ETIAM IMPERII, atque eiusdem OBSERVANTIA (b). Interea in iudiciis Imperii ſupremis, & in controuerſiis de feudis Imperii regalibus, vſum iuris feudalis Longobardici ſubſidiarium eſſe, experientia teſtatur.

§. XXIII.

Vnde conſequitur, iuſtum eſſe ordinem ſeruandum, in eligenda norma, ſicubi forte ſpecies ad decidendum propoſita fuerit. *Primo* etenim attendendum eſt ad legitimas hominum diſpoſitiones; quippe quæ tantisper excludunt legum diſpoſitiones. Quo pertinent pacta, teſtamenta, litteræ clienteles, *Ordo ſeruandus.*

lares,

(b) Conf. de hoc themate ITTERVS *de feud. Imp. cap. II.* Ill. DN. de LVDEWIG *in præf ad ius clientel. §. 6 7 13.* THOMAS. *in hiſt. iur. feud. §. 65. ſeq.* SPENER *in primit. hiſtor. feud. p. 134. ſeq.* Auctor (Illuſtriſſ. DN. de BÜNAV) *examinis diſſertationum ex iur. publ. & feud. de iurisdict. feudal. & ſuperioritat. territorial. integro cap.* I. V. C. BASTINELLERI *diſſ. de abuſu iuris feud. Longob. in controuerſiis Princip. Imp.*

lares; quippe quæ speciatim de conuentione, inter Dominum & vasallum inita, testantur. *Deinde* ad iura patria particularia; regioni, in qua est controversia, propria; tum scripta, tum non scripta. *Præterea* ad iura patria communia, leges nempe Imperii vniuersales atque Imperii observantiam. *Denique* ad ius feudale peregrinum, quatenus feudorum nostrorum conditio eiusdem applicationem permittit.

§. XXIV.

Quid si iura patria diuersa?

Contingere vero potest, vt aliud sit ius in curia Domini receptum; aliud in loco, vbi feudum est situm. Hoc casu igitur inuestigandum est, vtrum forte conuentione sit definitum, quo iure feudum sit æstimandum: Veluti iure Fuldensi, Coloniensi, vel alio: nach Fuldischem Lehn-Recht, nach Cöllnischem Lehn-Recht ꝛc. Ac profecto nullum esse dubium potest, quin ista tunc norma ad decidendam quæstionem sit eligenda. Quod si vero eiusmodi deficiat conuentio; in casu dubio, pro vsu iuris feudalis, quod in curia Domini obtinet, præsumendum esse arbitror, donec aliud probetur. Hoc enim est ordinarium, vt omnes eiusdem curiæ Vasalli eodem iure vtantur. Ordinaria autem in dubio præsumuntur, ex principiis rectæ ratio-

rationis. Nec quisquam negabit, hoc esse singulare atque extraordinarium, vt alio quidam vasalli iure regantur. Singularia autem, quippe ad exceptiones pertinentia, dubio procul sunt probanda. Interea alii distinguunt, vtrum controuersia ipsum feudum tangat, an vero contractum feudalem. Priori casu iura rei sitæ esse applicanda, contendunt; posteriori autem, iura loci contractus esse attendenda; veluti in quæstione de feudi alienatione, a foemina facta, sine curatore. (c) Quod postremum & ego verum puto.

§. XXV.

De vsu iuris Romani & canonici.

Quod si denique nec iure feudali patrio, nec Longobardico quæstio controuersa fuerit definita; in subsidium quoque vocari potest ius ciuile Romanum; nec non ius canonicum, quatenus conditio feudorum permittit. Et quidem, si ius canonicum a ciuili dissentiat, in casu dubio illud & inter Protestantes præferri solet. Cuius rei hanc reddimus rationem, quod & inter Protestantes præualuit superstitiosa

(c) G. A. STRVVIVS in *syntagm. iur. feud. cap. I.* §. 12. B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. Cap. III.* §. 16. HORNIVS *in iurisprud. feud C. I.* §. 39.

tiosa singularis pietatis, qua ius canonicum emineat, persuasio. In primis autem ius canonicum in quaestionibus de feudis ecclesiasticis primas obtinere debet, atque ipsum etiam ius feudale Longobardicum excludere; quoniam de illis speciatim titulo de feudis in decretalibus actum; iura autem specialia dubio procul sunt ante ferenda (d).

§. XXVI.

De iurisprud. feudal. Post haec silentio praeterire nonpossum, iura feudalia per Germaniam quoque peperisse iurisprudentiam feudalem; quae est ***habitus, iura feudalia recte interpretandi atque ad negotia feudalia prudenter applicandi.***

§. XXVII.

Quae vel priuata, vel publica. Qemadmodum autem feuda in Imperio nostro alia sunt priuata, quae ad vasallos prouinciales spectant; alia publica, quae regali dignitate ac potestate territoriali eminent; ita & iurisprudentiam feudalem non sine ratione in priuatam distinguimus & publicam. *Illa* est, quae versatur circa interpretationem atque applicationem iurium feudalium ad feuda prouincialia; *haec* vero, quae occu-

(d) Conf. Illustr Dn. BOEHMERVS *in iur. eccles. protest. lib. III. tit.* XX. §. 28. De vsu autem iuris ciuilis subsidiario vid. 2. *F.* 1. *pr. circa fin.*

occupatur circa interpretationem atque applicationem iurium feudalium ad feuda Imperii regalia (e).

§ XXVIII.

Finis iurisprudentiæ feudalis eſt administratio iuſtitiæ in cauſis feudalibus, ac ſimul conſeruatio tranquillitatis communis in republica. *Finis eiusdem.*

CAPVT III.

DE ESSENTIA, NATVRA ET ACCIDENTALIBVS FEVDI

§. I.

Quibus ita expoſitis, antequam ad ſpecialiora progrediamur, boni ordinis gratia, pauca de eſſentialibus, nec non naturalibus atque accidentalibus adhuc ſunt præmittenda. *Nexus.*

§. II.

Eſſentiam rei dicimus id, ſine quo res eſſe non poteſt id, quod eſt, aut eſſe debet. *Quid eſſentia?*

§. III.

Naturam rei dicimus omne id, quod plerumque in ea deprehendi ſolet; *Quid natura?*

(e) Interea initio huius capitis iam eſt oſtenſum, ſaepe iurisprudentiam feudalem etiam denotare vel compendium, vel ſyſtema prolixius, doctrinam iuris feudalis in ordinem redactam, complectens.

let; quamuis etiam abesse queat, salua rei essentia.

§. IV.

Quid accidentalia? Accidentalia denique audiunt, quae neque plerumque rei insunt, neque eius naturam, nedum essentiam mutant; atque adeo, pro libero paciscentium arbitrio, adesse, vel abesse possunt.

§. V.

Quae essentialia feudi? Quae quum ita sint, facile nunc intelligi potest, inprimis, si ad definitionem, supra (cap. I. §. 2.) in medium propositam, retrospexeris, quae feudi sint essentialia. Nempe hoc nomine ea tantum complectimur momenta, sine quibus feudum non potest esse verum feudum. Quare eo tantum pertinet *rei alicuius traditio ad vsum, sub conditione singularis fidelitatis.* (a)

§ VI.

(a) Horum itaque siquid deest, feudum plane esse non potest. Male itaque B. G. STRVVIVS *in iurisprud feud. Cap. II.* §. 3. huc trahit verba textus 2. F. 48: *licet propriam feudi naturam non habeat; iure tamen feudi censebitur.* Si enim pars quaedam vere essentialis deest, ne quidem hoc concedi potest, vt *iure feudi censeatur;* sed potius fatendum est, plane non adesse feudum, atque abusiue tantum ita dici; quemadmodum nemo, ratione adstipulante, dixerit, simiam iure hominis censeri. Auctor vero inde sine dubio hic cum

§. VI.

Naturalia feudi eam dicimus illius *conditionem, quam plerumque habet, secundum communem iuris feudalis regulam*; quæque igitur adesse tamdiu præsumitur, donec abesse demonstretur. V. Gr: 1) vt iure iurando vasallus promittat fidem; 2) vt ad seruitia præstanda sit obligatus; 3) vt perpetuo feudum iure habeat; 4) ne alienetur, Domino haud rogato; 5) vt in masculos tantum transmittatur, & quæ sunt similia.

Quæ naturalia feudi?

§. VII.

Quum igitur naturalia feudis insint ex iuris regula; iura autem alia sint communia, alia particularia; atque hæc illis in vnaquaque regione sint anteferenda; consequitur profecto, naturalia potis-

Aestimanda ex iure particulari.

eum in modum est loquutus, quod, patrem sequutus, textum 2. *F.* 48. male intellexit de feudo, abusiue ita dicto; quum tamen curatior eiusdem inspectio perspicue doceat, sermonem ibi esse de vero feudo; sed improprio, ob facultatem alienandi, a Domino indultam. Perperam quoque eodem isto §. ad essentialia feudi retulit, vt res immobilis sit tradita; quum tamen nihil obstet, quo minus & res mobilis ita ad vsum detur, vt verum adsit feudum. Ista igitur feudi conditio ad naturalia potius est referenda; iure feudali determinata. Vid. 2. *F. I.* §. 1.

tisſimus ex moribus & legibus regionum particularibus eſſe diiudicanda. Quæ enim in hac prouincia ad extraordinariam feudi naturam referuntur, in alia ad ordinariam poſſunt pertinere; veluti, vt feudum ſit fœmininum. Neque tamen a conditione feudorum prouincialium ad conditionem ipſius prouinciæ feudalem valet argumentatio: licet etenim pleraque prouinciæ feuda priuatorum ſint fœminina; nihilo minus tamen ipſa prouincia feudum Imperii poteſt eſſe maſculinum.

§. VIII.

Vtrum eſſentia & natura poſſit mutari?

Porro, quum feudum eſſe poſſit verum feudum, licet naturalia quædam deficiant; conſequitur pariter, naturalia poſſe mutari. Ex oppoſito autem feudi eſſentia mutationem nullam admittit; quoniam, hac mutata, res eſſe non poteſt, quod eſt, vel eſſe debet.

§. IX.

Diſcrimen inter feudum proprium & improprium.

Hinc ſumma nata eſt feudi diuiſio in proprium atque improprium; Illud eſt, *quod perfectam non ſolum eſſentiam, ſed & communem feudi naturam habet;* hoc vero, *in quo aliquid, quod ad naturalia iure definita* pertinet, eſt mutatum. (b)

§. X.

(b) De variis autem feudorum, tum propriorum, tum impropriorum, ſpeciebus infra, commodis locis, agendum; quum præcepta bonæ methodi velint, vt, quæ ad regulam pertinent, prius tradantur, atque hæc ſequantur demum exceptiones.

§. X.

Accidentalia denique feudi sunt, quae nullo iure determinata a liberrimo paciscentium arbitrio pendent, adeoque nec in dubio praesumuntur. Veluti investiturae solennitas, lege, aut vsu nondum determinata, & similia. *Qud accidentalia feudi?*

§. XI.

Qui ea, quae de feudi essentialibus, seu substantialibus, §. 2. & 5. h. c. inculcauimus, probe perspexerit, ei nec difficile vnquam erit, discrimen, quod inter feudum verum atque institutum simile intercedit, cognoscere ac demonstrare. Intellecta enim talium institutorum indole ac natura, nec obscurum ipsi esse potest, aliquam saltem partem feudi essentialem, si non plures, in iis deficere; atque adeo similitudinem tantum feudi adesse; nullatenus verum feudum. Quo pertinent praedia emphyteutica, censitica, vsufructuaria, & similia; non hoc loco, sed vel separatim, vel in doctrina iuris Romani, vel iuris Germanici, pluribus explicanda atque illustranda (c). *De institutis feudo vicinis.*

CAPVT

(c) Conf. Illustr. DN. de LVDEWIG *tract. de iure clientelari Germanorum.* Plura habet BVRIVS *ad Schilt. instit. iur. feud. cap. III. §. 2. p.* 687. *seqq.*

CAPVT. IV.
DE REBVS, QVAE FEVDI TITVLO DANTVR ATQVE ACCIPIVNTVR.

§. I.

Regula de rebus immobilibus. Ex regula, feuda in rebus immobilibus constituuntur: id enim experientia testatur, & olim ita se rem habuisse, atque hodienum plerumque ita se habere. Atque hanc veritatem ius quoque Longobardicum confirmat. (a)

§. II.

Et ut sint in commercio. Praeterea desideratur, vt res eiusmodi sint in commercio positae, nec alia de causa alienari prohibitae (b); quum alias nec in vasallos transferri, nec vsui ipsis esse queant.

§. III.

De feudo in re mobili. Vnde consequitur, feudum, in re mobili separatim constitutum, abire a regula; atque adeo esse improprium. Quinimmo, quamuis non desint exempla Vasallorum, de pecunia aliisque rebus mobilibus inuestitorum; plerumque tamen eiusmodi res ex certis fundis praestandae, atque ob hanc rationem rebus immobilibus aequiparatae fuerunt.

§. IV.

(a) *II. F.* 1. §. *vlt.* 2. *F.* 23. §. 2.

(b) *II. F.* 3. §. *I.* verb. *res, cuius alienatio prohibetur, nec per beneficium dari conceditur.*

§. IV.

De feudo, in pecunia constituto.

Qua occasione incidimus in quaestionem de feudo, in pecunia constituto. Primi sane feudorum conditores de feudis pecuniariis constituendis non cogitarunt, nec, ob pecuniae inopiam, cogitare potuerunt; hinc praedia potius fruenda militibus tradiderunt, loco stipendiorum. Et quamuis pedetentim feuda annuae praestationis, seu certorum ex praediis redituum, existere coeperint; de feudo tamen, in pecunia, tanquam sorte, constituto, anceps mansit inter Interpretes quaestio. Quam interea speciem non pauci in iure feudali *Longobardico* occurrere negant; nec sine ratione; quum textus allegari soliti eam non explicent (c). Quod & de iure feudali *Alemannico*, ad quod SCHILTERVS (d) prouocauit, affirmandum. Verum

(c) Textus enim 2. *F.* 20. de annua tantum praestatione agit disertis verbis; atque ex 2. *F.* 25. vix alius erui sensus potest, quam, nummos esse a Domino dandos, vt vasallus eos in feudum aliud acquirendum impendat.

(d) SCHILTERVS *in institut. iur feud. cap. II. §. 6. ad cap. XIV. iur. feud. Alemann.* prouocat; vbi tamen pariter de feudo annuae praestationis sermo est; quod, ipso SCHILTERO *ib.* §. 3. *commentar.* monente, cum feudo in pecunia constituto non confundendum est: hoc etenim

rum æuo recentiori interdum feuda occurrere nouimus, in certa ſorte pecuniaria conſtituta, atque in ſucceſſores tantum feudales tranſeuntia, Lehns-Stämme vernaculo dicta ſermone (e).

§. V

Quis pecuniam in ſortem feudalem commutet?

Ceterum ad pecuniam in ſortem feudalem commutandam non cuiuslibet Domini directi auctoritatem ſufficere; ſed ſummi potius Imperantis, aut principis, ſuperioritate ſaltem territoriali inſtructi, poteſtatem deſiderari, vulgo interpretes arbitrantur (f). Quæ tamen hypotheſis ſingularis, a Carpzouio defenſa, neque ex principiis iuris feudalis communis, neque ſpeciatim ex *conſtitutione Electorali ſaxonica*, ad quam CARPZOVIVS talia expoſuit, poteſt demonſtrari (g). Quem-

enim 1) ſortem pecuniariam, feudi titulo datam, atque acceptam, deſiderat; 2) ſors iſta pecuniaria, quippe allodii naturam habens, in feudalem eſt transmutanda. Conf. G. A. STRVVII *ſynt. iur feud. Cap. IV.* §. 2. It. V. C. BALTHASARIS *diſſert. de pecunia feudali, in ſpecie Pomeranica.*

(e) FOERSTERVS von Lehn-Stämmen.

(f) CARPZOVIVS *in definit. forenſ part. II. conſtitut.* XXX. *def.* 10. SCHILTERVS *in comment. ad cap.* XIV. *iur. feud Alemann.* §. 3. B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap. V.* §. 2. *in fin.* Pluresque alii.

(g) De iure feudali communi nullum ſupereſſe dubium

Quemadmodum igitur Dominus prædii, licet nullo omnino Imperio, ne quidem ſuperioritate territoriali, inſtructus, ſua in contractu feudali declaratione, iſti prædio feudi indolem poteſt tribuere: ita profecto nulla obſtat ratio ſolida, quo

dubium poteſt; conſtitutio autem Electoralis Saxonica citata hæc tantum, quæ ad rem faciunt, verba habet: Wenn das Geld durch den Lehns-Herrn zu Lehen gemacht; so soll es für Lehn gesprochen werden. Error itaque Carpzouii aliorumque, quorum hic etiam ſequutus eſt auctoritatem, dubio procul inde ortus eſt, quod formulam Principum inueſtientium, ab officialibus præſcriptam: Wie Wir denn solches Geld, aus Landesfürstl. Macht und Obrigkeit, zu Lehen machen, male intellexerunt, atque a contrario ſenſu minus caute argumentati, legem ſibi quaſi nouam inde condiderunt. STRVVIVS vero *cit. loc.* aliam adduxit rationem, nempe, quod *iuris* hic locum habeat *fictio;* quæ vtique Imperantis deſideret conſenſum. Sed contrarium facile doceri poteſt exemplo ICtorum Romanorum, qui ſummos in condendis iuris fictionibus ſe præſtiterunt artifices; omni licet Imperio deſtituti. Præterea iuris fictione hic opus eſt nullatenus; quum eadem veritas qualitatis feudalis adſit, quæ in prædio feudali cognoſcitur; orta nempe ex contractu feudali & declaratione Domini; qualia entia non pertinent ad fictiones; ſed ſunt vera entia moralia & politica, quæ vel pactis ſingularibus, vel moribus ac legibus ciuilibus producuntur.

quo minus idem liceat in forte pecuniaria.

§. VI.

De pecunia ex feudo alienato redacta.

Minime vero ad feudum in pecunia constitutum referenda est pecunia, ex feudo alienato redacta; licet agnati cum alienante disertis verbis pacti sint, vt pecunia hæc instar feudi tantisper habeatur, ac propediem in nouum feudum acquirendum impendatur. Pecunia enim non succedit in locum rei; neque adeo feudi alienati naturam induit (h); sed manet allodialis; atque pactum istud id tantum operatur, vt agnati in fortem istam pecuniariam æque, ac in feudum, succedere queant.

§. VII.

De aliis rebus mobilibus.

Præterea nullum est dubium, quin & in aliis rebus mobilibus, ad vsum aptis, feuda constitui queant; nec possibilitatem quisquam cum ratione poterit negare; quum nullam id inuoluat contradictionem. Sed vtrum actu eiusmodi feuda dentur? ea alia est quæstio. Prostant interea, fide monumentorum, exempla eiusmodi feudorum; sed plerumque ita comparatorum, vt res istæ mobiles nexum habeant cum prædiis vel

(h) *II. F.* 26. §. 21. G. A. STRVV. *synt. iur. feud. cit. cap. IV.* §. 4. 5. 6. 7.

vel amplioribus territoriis; atque adeo accessorie ad res immobiles referantur (i).

§. VIII.

De rebus diuini iuris.

Quum res in feudum danda debeat esse in commercio (§. 2. h. c.); consequitur, res diuini iuris, vt vulgo vocantur (k), nempe res sacras, religiosas & sanctas, non posse in feudum dari; quippe quas extra commercium positas esse, nouimus. Interea templa, altaria & monasteria ad XIII. vsque seculum feudorum titulo data esse, KRESSIVS (l) iam abunde ostendit.

§. IX.

(i) Vid. LVNIGII *corpus iur. feud. tom. I. p.* 1825. Vbi exemplum HENRICI, Comitis Waldeccensis, qui anno 1320. eiusmodi feudum constituit; daß er von denen Feldern der Stadt Brigenhayn dem Stift Fulda 200. Scheffel Getreyde, als jährliche Einkünfte aufgetragen, und solche wiederum von ihm zu Lehn empfangen. Plura exempla collegit BVRIVS *cit. loc. p* 456. *seq.*

(k) Hoc nomen superstitio gentilium produxit, atque inter Christianos eiusdem furfuris est propagatum; adeoque Protestantibus parum est concinnum.

(l) KRESSIVS in *prooemio ad Thummermuthii Votiuam relationem compromissi feudalis. &c.* Krumstab schleußt niemand aus, § 37. *sqq.* Non pauca etiam, quæ huc faciunt, diligentia singulari congessit BVRIVS *cit. loc. p.* 511. *seqq.*

§. IX.

De rebus ecclesiasticis,

Ab his vti distinguendæ sunt res ecclesiasticæ; quippe quæ in patrimonio vel Dominio ecclesiæ, monasterii aliorumque piorum corporum sunt, atque horum vsibus inseruiunt, præuiaque causæ cognitione, accedente capituli & eorum, quorum alias legitime interest, consensu, noue in feudum dari possunt; ac, si iam fuerint in feudari solitæ, etiam sine eiusmodi solennitate (m). Imperatorem quoque, adstipulantibus Imperii Ordinibus, res ecclesiasticas Imperii Ordinibus, res ecclesiasticas Imperii, statibus fecularibus, feudi titulo, reliquisse, pacificatio Osnabrugensis abunde testatur (n).

§. X.

Prima feudorum

Quantum ad primam feudorum ecclesiasticorum, proprie dictorum, (h. e. in

(m) *Tot. tit. de rebus eccles. non alienandis. Cap. vlt. X. de feudis II. F.* 35. STRVVIVS *in syntagm. iur. feud. Cap. VI.* §. 4. BVRIVS *cit. loc. p.* 531. *seqq.* Quando autem Episcopi & Abbates, vel etiam Principes feculares inuestiti sunt, sub hac formula: mit geist- und weltlichen Lehen, non ipsi Episcopatus vel Abbatiæ subintelliguntur; sed feuda vasallorum territorialium, quæ ipsorum dominio directo subsunt. Exempla ex LVNIGIO in medium produxit KRESSIVS *in dissert. proœm. ad Thummermuthium* §. 16. & 17. It. B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap. IV.* §. 9.

(n) Conf. ITTERVS *de feudis Imp. cap. IIX.* §. 14.

e. in rebus ecclesiasticis constitutorum,) originem attinet, hæc a primis Francorum Regibus est deriuanda. Quemadmodum enim hi, vi iuris circa sacra, summo quoque ecclesiarum præsidio rerumque ecclesiasticarum arbitrio gaudebant; ita & de rebus ecclesiasticis eo non nunquam disponebant modo, vt earum partes passim militibus bene meritis, publicæ vtilitatis gratia, feudi titulo, largirentur. Sed postea Præsules ecclesiastici, qui & ab initio hanc potestatem Regiam ferre nequiuerant, eandem sibi pedetentim vindicabant. Vnde feuda ecclesiastica maiora deinde ceperunt incrementa; inprimis postea quam Episcopi atque Abbates in ecclesiarum suarum vtilitatem milites quoq; alere coeperant. Accessere deinde etiam piorum oblationes (o). *ecclesiasticorum origo atque incrementa.*

§. XI.

Speciatim vero prohibitum videtur, ne bona clericorum mensalia, aut tituli in feudum dentur. Quod vt probetur, ad decretum VRBANI II. Papæ, in concilio Claremontano anno 1095. conditum (p), solet prouocari, quo absolute *De bonis mensalibus & titulis.* *c. 90. 20.*

(o) Dixi iam ea de re in *dissert. de origine & prima indole feudorum Imperii* §. 25. Conf. Illustr. Dn BOEHMERI *ius eccles. Protestant. libr. III. tit.* 20. §. 5. *sqq.*

(p) *I. F. VI.* pr. hæc legimus: *Si Episcopus, vel*

solute prohibeantur alienari tituli, seu bona, certo officio sacro iuncta, ad sustentandum eum, qui officio isto sacro fungatur: vt itaque ne quidem solennitas canonica in eiusmodi alienatione sufficiat; sed summi Pontificis, vel Caesaris consensus praeterea desideretur. Verum 1) istud decretum non agit de ipsis titulis; sed potius de *rebus titulorum*, seu ecclesiarum parochialium; vt sensus sit: daß von den Gütern der Pfarr-Kirchen nichts solte zu Lehen gegeben werden. Titulorum autem vocabulum saepius & ecclesias parochiales designare, atque in nostro etiam textu hunc esse vocabuli significatum, alii iam ostenderunt (q). 2) Decretum istud synodale vsu per Germaniam haud fuit receptum; sed experientia potius docuit, Praesules Imperii nostri, iusta de causa, adhibito capituli

Abbas - - - feudum dederit de rebus ecclesiarum, quae eis subiectae sunt, & tituli vocantur; nullum habet vigorem, secundum hoc, quod constitutum est a Papa VRBANO, *in sancta synodo.* Et in CONCILIO CLAREMONTANO *can.* 20. interdictum est omnibus laicis, *ne amplius altaria, vel ecclesias sibi retineant.*

(q) Vid. CAROLVS du FRESNE *in glossar. med. aevi, voc. titulus.* Add. Illustr. Dn BOEHMERVS in *iur. eccles. Prot. lib. III. tit. XIII.* §. 19 *seqq.* It. BVRIVS *in comment. ad Schilt. Instit. iur. feud. tom. I. p.* 549. *seqq.*

pituli consensu, ipsos quoque titulos, post istud decretum, in feudum dedisse. (r)

§. XII.

De iure Patronatus.

Ad feuda quoque ecclesiastica referri solet ius patronatus; quoniam officium sacrum bonaque ecclesiastica, de quibus Patronus parochum inuestit, ad res ecclesiasticas pertinent. Quae quamuis ita se habeant; inde tamen non sequitur, ipsum ius patronatus, feudi forte titulo possessum, esse feudum ecclesiasticum. Saepe enim contingit, vt & sine omni nexu feudali possideatur (s).

§. XIII.

De decimis.

Quantum ad decimas attinet, & has feudi titulo militibus dedisse Francorum Reges, vix dubium esse potest; & quidem huius instituti origines a CAROLO MARTELLO repeti solent (t). Quem-

(r) Vid. HARPRECHTI *respons.* 57. *num.* 75. *seqq.* Illustr. Dn. BOEHMERVS *cit. tit.* §. 23. BVRIVS *cit. loc. p.* 553. SPENERVS in *primitiis histor. feudal. obseruat. II. p.* 104. *seqq.*

(s) In Germaniae Regno, iam sub Regibus Francicis, parochias in pagis suis collegerunt atque instituerunt Nobiles, atque inde iura Patronatus sibi acquisiuerunt, Parochosque subuasallos habuerunt. Quod pluribus demonstrauit Illustr. Dn. de LVDEWIG *in iur. feudor. cap. XI. qu.* 13.

(t) Vid. ALTESERRA *de Ducibus & Comitibus Gal-*

 liae

Quemadmodum enim hic, fisco ciuilibus & Saracenicis bellis exhausto, ecclesias & monasteria primus Comitibus & militibus, beneficii nomine, largitus est; ita & vero est simillimum, eum nec decimis pepercisse (u). Quod alii deinde Reges atque Imperatores continuarunt, idque sub obtentu necessitatis publicæ, & quod milites quoque pro ecclesiarum defensione hostibus arma inferrent. Quibus deinde & ipsi Episcopi atque Abbates, pro defensione fideli, decimas concesserunt (x). Imperante autem FRIDERICO I. VRBANVS IIIi Papa decimas repetere conatus est; caussam quoque hanc Imperator in comitiis Gelnhusanis anno 1186. proposuit; sed ad antiquam Ordines Imperii consuetudinem prouocarunt (y). Ac profecto expe-

lia prouincialibus, *cap.XIII.* ab initio. G. A. STRVVIVS *in syntagm. iur. feud. cap. VI. §. IV. n. 3.* [illegible]ERVS *de feud. Imper. cap. VIII. §. 15.*

(u) Illustr Dn. BOEHMERVS *in iur. eccles. Protest. lib. XXX. tit. III. §. 19. seqq.*

(x) Idem *cit. tit. §. 21.*

(y) Notatu dignus est locus ARNOLDI LVBECENSIS, (quem refert LEHMANNVS *in Chron. Spirens. lib. V. cap. 67. §. 7. & 8.*) *in Chron. Sclau. lib. III. cap. 18.* his verbis conceptus: „Imperator curiam generalem edixit in Geilenhusen, vbi conuenit multitudo Episcoporum „& Principum. Et procedens in concionem „sic omnibus locutus est. Rogamus vos summos

experientia docet, multas in huncusque diem decimas in laicorum esse potestate.

§. XIV.

De feud. eccles. natura. Feudorum ecclesiasticorum singularem non pauci naturam depraedicant, ex ea ratione, quod sint feuda oblata; atque hinc ea etiam foeminas ad successionem admittere, contendunt. Sed hac de re vti valde dubito; ita mentem meum in capite de successione feudali pluribus explicabo.

§. XV.

De rebus publicis, speciatim domanialibus. Bona publica, siue sint bona ciuitatis sigillatim ita dicta, publicis, qui ad rem publicam bene administrandam desiderantur, sumtibus dicata; siue ad sustentationem ac splendorem Principis eiusque successorum speciatim sint destina-

„mos Sacerdotes & Episcopos & Principes, „quorum corda iustitia possidet, vt animad„uertatis, quae dico. Compertum forte habe„tis, quantis aduersitatibus impetar a Domi„no Papa, iniustum esse, aliquam laicam „personam decimas possidere, quas manifeste „dominus his, qui altari deseruiunt, depu„tauerit. Scimus autem, decimas & oblatio„nes Sacerdotibus & Leuitis primitus depu„tatas. Sed cum tempore Christianitatis ab „aduersariis infestarentur Ecclesiae, easdem „decimas praepotentes & nobiles viri ab ec„clesiis in beneficio stabili acceperunt, vt ipsi „defensores ecclesiarum fierent, quae per se „obtinere non valerent.

ſtinata, (domainen, oder Tafel-Güter (z), vtique, ex regula, alienari nequeunt; ita nec beneficii nomine cuiquam tradi poſſunt. Quemadmodum autem, vrgente neceſſitate, vel ſingulari reipublicæ

(z) B. G. STRVVIVS in *iurisprud feud. cap. VIII*, §. 9. putat, „in regnis & prouinciis, quæ ſint „*in patrimonio imperantium*, niſi *fideicommiſſo* ſint *ſubiecta*, domania libere in feudum „concedi; eandemque eſſe rationem, ſi do„mania conſiſtant in bonis *allodialibus & pa„trimonialibus* &c.„ Verum, quæ de regnis & prouinciis patrimonialibus immiſcuit, ad rem plane non faciunt; quum vix ac nec vix quidem eiusmodi respublicæ dentur; poſita autem tali reipublicæ conditione, diſtinctio inter bona imperii & domanialia, nec non patrimonialia, omnino ceſſet; quum integra tunc respublica in Principis ſit patrimonio. Quid? quod & qualitas terrarum fideicommiſſaria in hac quæſtione nullius eſt momenti; quoniam domania, ex regula, ſemper ſunt inalienabilia. Præterea nec domania proprie dicta vnquam dici poſſunt patrimonialia; illa enim ſunt bona reipublicæ; hæc vero ad priuatum Principis patrimonium pertinent, liberoque ipſius arbitrio ſubſunt, atque adeo & beneficii lege vaſallis liberrime poſſunt addici. Porro, ſiue bona domanialia allodii, ſiue feudi titulo poſſideantur, in quaeſtione noſtra parum refert: domania quippe, vt ante iam monui, ſemper, ex regula, ſunt inalienabilia. Denique hic quoque obſeruandum, non ſolum bona, olim a ſtatibus ad ſuſtentandum Principatum dicata, domanium conſtituere; ſed & ex recens acquiſitis ea, quæ vel ipſe Princeps adiecit, eodem loco eſſe cenſenda.

cæ commodo ſuadente, accedente quoque eorum, quorum intereſt, conſenſu, alienatio licita eſt cenſenda; quum, recta ratio doceat, communem reipublicæ ſalutem atque vtilitatem ſupremam eſſe normam debere; ſic & tali in caſu feudi quoq; datio non poteſt non eſſe permiſſa.

§. XVI.

Applicatio ad Imper. R. G.

Quæ quum ita ſint, conſequitur inde, nec Imperatorem poſſe Imperii domania, ſi quæ ſuperſunt (aa), ſine ordinum Imperii conſenſu, in feuda Imperii conuertere; ac, ſi iſte conſenſus neglectus fuerit, actum eſſe ipſo iure nullum; atque adeo ſucceſſorem poſſe domanium eiusmodi ſibi vindicare, vtendum fruendum. Interea tamen nullum eſt dubium, quin antiqua Imperii feuda domanialia rata ſint habenda. Pars enim primorum bonorum domanialium, Regibus conſtitutorum, ad officialium ſalaria diſerte erat deſtinata. Præterea ſtatus tacito iſtas aliena-

(aa) Maxima enim eorum pars, nimia Imperatorum indulgentia, in poteſtatem ſtatuum, inprimis eccleſiaſticorum, peruenerunt. Teſtimonia larga manu exhibet PFEFFINGERVS in *Vitriar. illuſtrat. lib. I. tit. XV. ad* §. 5. *in not.* Add. BVRIVS *cit. loc. p.* 487. *ſeqq.* De domanio Imperii reſtituendo varia quidem proſtant conſilia; quæ tamen exitu caruerunt. SCHWEDERVS in *diſſert. de doman.* §. 35. It. BVRIVS *cit. loc. p.* 504. *ſeq.*

alienationes consensu approbarunt. Post-haec ipsi eiusmodi largitiones precibus enixe desiderauerant; denique lex Imperii publica (bb), quae alienationes bonorum Imperii in futurum prohibuit, antiquiores tamen confirmauit.

§. XVII.

De Principum Imp. doman.

Neque Principum Imperii nostri domania alio ab ipsis modo, quam quem ante exposui, alienari, aut in feudum dari posse, ex praecedentibus sine negotio potest concludi. Quamuis non desint, qui negant, illis esse domania proprie dicta, siue bona a statibus prouincialibus quondam, ad sustentandum Principatum, destinata. Terras enim eorum aut esse allodia, a maioribus accepta, aut feuda Imperialia (cc).

§. XVIII.

De re communi.

Rem communem, cuius nempe commune alicui cum alio, vel pluribus aliis, dominium est, pariter sine consensu alius vel aliorum, cum quibus ipsi est communis, aliquis beneficii titulo dare alteri nequit; quoniam legitima ipsi non est

(bb) Cap. CAROLI V. *art.* 4. his verbis: Wir sollen und wollen Churfürsten, Fürsten, Grafen, Herren und Ständen : : : ihre Regalia : : : : Pfandschaften und Gerechtigkeiten : : : confirmiren und bestätigen. Similia habet Cap. CAROLI VI. *art.* I.

(cc) V. C. KRESSIVS *cit. diss. prooem. ad Thummermuth.* §. 51. *not.* (a).

est facultas, de parte aliena pro arbitrio disponendi. Quodsi vero consensus, decenter rogatus, fuerit denegatus: vti poterit iudicio communi diuidundo, atque sic separatam partem suam pro arbitrio in feudum conuertere. Potest vero & post inuestituram iudicium institui diuisorium (dd).

§. XIX.

De rebus vniuersitatis.

Res vniuersitatis ab ipsis vniuersitatis membris in feuda, communis vtilitatis gratia, conuerti posse, nullum est dubium; quum & his sua liceat curare commoda. Quodsi vero Princeps eiusmodi mutationem intendat, iusto id modo fieri nequit, nisi pariter cum eorum consensu; quoniam nec Principi licet, nec singulis, nec collegiis ciuitatis sua inuitis auferre.

§. XX.

De fundo dotali.

Porro, quum ea, quae alienari prohibita sunt, nec feudi titulo in alios transferre liceat; consequitur, nec maritum posse fundum dotalem in feudum dare. Quemadmodum autem dantur casus a regula excepti, quibus alienatio licita censetur; ita pariter & feudi datio tunc erit permissa.

§. XXI.

De re aliena.

Regula quoque, de rebus alienis non alienandis, iure meritoque ad feuda

(dd) *II.F.* 58. §. 3.

da applicatur; quum ex regula iuris, quo vtimur, in contractu feudali *de dominio vtili transferendo*, bona fide agendum; modo res tradenda dominii capax fuerit; quem tamen animum neutiquam habere potest, qui nouit, rem in feudum a se dandam esse alienam; sed potius alterum, huius conditionis ignarum, turpiter decipit (ee).

§. XXII.

De euictione praestanda. Vnde consequitur, eo modo agentem alteri de euictione teneri. Sed attendendum tamen in hac quaestione est, vtrum forte speciali pacto dominus euictionis praestationem promiserit vasallo; quippe quo casu nullum superest dubium. Eiusmodi autem pacto deficiente, distinguendum, vtrum res aliena scienti, an vero ignoranti per inuestituram tradita fuerit. Priori casu cessat euictionis praestatio; posteriori autem locum habet. Qvae doctrina et in iure feudali

(ee) Frustra itaque in eo est STRYKIVS, in *exam. iur. feud. cap. IIX.* §. 8. vt oppositum demonstret ex 2. *F.* 8. §. *fin.* Hic enim non negatur, dominium transferri in Vasallum; sed affirmatur tantum, possessione feudi in vasallum translata, proprietatem, (seu *dominium directum*,) *manere penes dominum.* Vnius itaque positio non debet esse alterius exclusio.

li (ff) perſpicue eſt propoſita. Cui tamen hoc addo; & poſteriori caſu cesſare euictionis præſtationem, ſi feudum mere fuerit beneficiarium, titulo donationis traditum; quum ex principiis iuris communis iam conſtet, euictionis præſtationem ex negotiis tantum oneroſis, deficiente ſingulari promisſione, poſſe deſiderari (gg).

§. XXIII.

(ff) *II. F.* 8. *pr.*

(gg) Ex his doctrinis explicandus etiam eſt textus 2. *F.* 25. Conf. TITII Teutſches Lehn-Recht *c.* 7. *§.* 23. *& ſeqq. it. c.* 9. *§.* 48. *& ſeqq.* Add. BVRIVS *cit. loc. p.* 459. *ſeqq.* Ex *iure* autem *feudali* veteri Germanico hic notandum, Dominum, a iudice ad inueſtiendum compulſum, non fuiſſe obligatum ad euictionem vaſallo præſtandam. VETVS AVCTOR *de beneficiis*, *§.* 86. *&* 87. *Ius feud. Sax. cap.* 33. (*alib.* 35.) *Ius feud. Alemann. cap.* 66. Ex cuius quoque *§. vlt.* diſcimus, „ſi vaſallus feudum „ſuum obtulerit domino, vt de eo ipſum in„veſtiret, & poſtea inueſtito fundus euinca„tur per ſententiam, teneri Dominum vaſal„lo aliud feudum dare, aut fundum ſuum re„ſtituere; ita quidem, vt optio ſit penes va„ſallum, non penes dominum; niſi diſerte „pactum fuerit, vt de æſtimatione tantum te„neretur.„ Sed præponendum hic eſt 1) vaſallum, qui fundum obtulit, fuiſſe bonæ fidei poſſeſſorem; 2) Dominum directum, poſt prædii euictionem, vaſallum, ſeruitiorum vtilium cauſa, ex nexu dimittere noluiſſe.

Quodſi

§. XXIII.

De rebus incorporalibus (Gerechtigkeiten) nullum est dubium, quin & feudi nomine tradi queant; & quidem duplici ratione, vel vna cum fundo, instar accessorii, vel etiam separatim. Prius est frequentissimum; quippe qua de re innumeræ testantur litteræ clientelares. Posterius duplici rursus modo accidere potest: vel ita, vt possessori allodii iurisdictio, aliudue ius in feudum detur, in allodio isto exercendum; vel ita, vt ius, sine eiusmodi relatione ad prædium vasalli, veluti ius patronatus, intuitu certæ ecclesiæ, ipsi conferatur. (hh)

§. XXIV.

Quodsi enim dominio directo renunciauerit; nec ad euictionem præstandam potest teneri. Quod recte iam ostendit SCHILTERVS in *comment. ad cit. cap. I. F. A.*

(hh) Dubium mouit BEYERVS in *delineat. iur. feud. cap. V. posit. 19. seqq.* quod rerum incorporalium dominium diuidi haud posse videatur; siquidem conceptus dominii vtilis hoc casu coinciderct cum conceptu totius obiecti. Negat itaque, verum esse feudum, si iura sola, sine fundo concedantur. Sed salva res est: quemadmodum enim in rebus corporalibus dominium directum & vtile distinguuntur 1) intellectu, 2) effectu; ita pari modo se res habet & in rebus incorporalibus. Ceterum omnis hæc controuersia magis subtilitatem

sapit

§. XXIV.

Iura itaque seruitutum etiam in feudum recte dantur; et quidem non solum, quatenus immobilibus adhærent; sed & separatim; modo seruitus ita sit comparata, vt sine prædio exerceri queat. Quamuis enim, seruitutes non posse separatim possideri, obiiciant alii (ii); certum tamen est, eas posse quasi possideri, seu exerceri. Sic Princeps potest aliquem inuestire de seruitute pascendi in pratis suis vicinis, nec opus est, vt de vicino suo prædio vasallum simul inuestiat (kk).

Desi tuni

§. XXV.

sapit, quam conducit ad vsum. Exempla varia iurium in feudum concessorum, exhibet V. C. I. G. ESTOR in den kleinen Schriften, *tom. III. p. 469. seqq.* It. *p. 485. seqq.*

(ii) Veluti STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap. IIX. qu.* 27.

(kk) Notatu digna sunt, quae, in litteris clientelaribus, a FERDINANDO III, tanquam Bohemiæ Rege, Principi Lobkowizio, de Principatu Saganensi, datis, his concepta verbis leguntur: der Stadt Sagan Erbzinß, oder jährlich 60 Thaler, wie auch deroselben Servitut und Dienstbarkeit, wegen Abgebung jährlich einhundert und funfzig geschlagene Klafter Holtzes, zweyhundert Schock Reisigt, Bauholtz für des Schlosses Nothdurft, ... und der Bau-Holtz-Fuhren, so des Stifts und anderer Landsassen Dörfer aufs Schloß zu Sagan zu leisten schuldig. LVNIGIVS in *corp. iur. feud. German. tom. II. p. 77. seq.*

§. XXV.

minio. Ius quoque dominii directi sine dubio in feudum dari potest alii, modo consentiant vasalli, quorum forte interest; quippe, quod complexum denotat certorum iurium, Domino in vasallos, vt infra pluribus explicabitur, competentium. Neque desunt exempla eiusmodi feudorum (ll).

§. XXVI.

(ll) Sic Abbas Fuldensis Landgrauium Thuringiae & Misniae de dominio directo castri Erffa inuestiuit anno 1390. „Also, daz der me „genannte unser Herr, Herr Balthasar und „sin Erbin, dieselbin Lehinschaft und Lehin„recht des Schloß Erfa, mit siner Zugehö„runge, Guden, Lehenen, die sy von uns und „unserm Stift habin, ewiglichen von uns und „unsern Nachkommen und Stift tragen, em„pfahen, besitzen und haben sullen, als Lehn„Guts Recht ist, an all:s Geverde„. Vid. SCHANNATIVS in *probationibus client. Fuldensis beneficiariae, num* 28. Qui pariter *num.* 29. & 30. *ibid.* aliud exemplum Landgrauii Hassiaci, de dominio directo in vasallos Comitatus Ziegenheinensis ac Niddensis anno 1434. ab Abbate inuestiti, produxit in medium. In litteris etiam clientelaribus, ab Imperatore Matthia Principi Lichtensteinensi de Principatu Troppauiensi anno 1614. datis, in LVNIGII *corp. iur. feud. tom. II. p.* 86. haec occurrunt: „mit allen geistlich und welt„lichen Lehen, Lehenschaften, Mannschaften ꝛc.„ Porro & Rutheni Comites a Rege Bohemiae, vi

§. XXVI.

Quibus positis, quin & iura, quae vocantur regalia, in feudum dari atque accipi possint, eo minus dubium cuiquam esse potest, quo magis exempla innumera hac de re testantur. *De iuribus regalibus.*

§. XXVII.

Iura autem regalia in Germaniae Regno vel intuitu Imperatoris considerantur, vel intuitu statuum. Priori casu denotant *summum per vniuersam Germaniam Imperium, quod Imperator ex parte solus, ex parte vero cum Imperii Ordinum consensu, administrat*; posteriori autem casu, sicubi integer complexus est coniunctus, designat *legitimam statuum Imperii facultatem, immediatum Imperii territorium, subordinata potestate, in communem vtilitatem, iure* *Applicatio ad Imperium Rom. Germ.*

vi confirmationis Ferdinandi III. de anno 1652. *ibid.* p. 182. de eiusmodi dominio directo sunt inuestiti: „solchergestalt und also, „daß nunmehro sie, Reussen und ihre Nach„kommlinge, wie bishero, als auch hinführo, „solch Beulwitzische Lehen Affter-Lehens-weise „verleihen lassen, und darmit, als Affter„Lehns-Herren von Rechts und Gewohnheits „wegen gebühret, gebähren, schalten und wal„ten mögen, doch Unsern Obristen Lehn-Herr„schaffts- und Königl. Superiorität- Rechten „gantz unschädlich, und unpraejudicirlich rc.„

iure proprio regendi; quam *ſuperioritatis territorialis* nomine ſtilo recentiori explicare ſolemus (mm).

§. XXVIII.

Summa Imp. Maieſtas non eſt beneficiaria.

Summam illam Imperii Maieſtatem nullius mortalium beneficio acceptam ferri, nemini poteſt eſſe obſcurum, qui aliqua rerum peritia eſt inſtructus. Quod enim de *beneficii* voce a Papa HADRIANO erga Imperatorem FRID. I. vſurpata, narrant hiſtoriarum monumenta, negotium non conficiunt; quum ipſe Papa vſum illius vocis in litteris, ad Imperatorem poſtea ſcriptis, temperauerit excuſaveritque. Et quæ de nexu *beneficiario*, inter INNOCENTIVM II. Papam atque Imperatorem LOTHARIVM II. ſtabilito

(mm) Ex his itaque ſine negotio intelligitur, iura regalia proprie deſignare tantum *iura ciuilis Imperii*, (der politiſchen Herrſchaft) quod exercetur in homines, velut intellectu & voluntate inſtructos. Vnde porro conſequitur, cum illis non eſſe confundendum *dominium publicum*, (das Staats-Eigenthum,) quod exercetur in res, Imperii plane non capaces, dominio tamen priuato exemtas. Vſu autem vulgari diſcrimen hoc plerumque perperam negligitur. Vocabuli *regalia* etymologiam atque vſum optime expoſuit Illuſtr. Dn. de LVDEWIG in *iur. feud. Cap. VIII. qu.* 1. §. 1. *ſeqq.*

to, circumfertur, alibi iam est refutata fabula (nn).

§. XXIX.

Quid feudum Imp. regale vel non regale?

Feudum itaque Imperii regale est, *cui iunctum quondam fuit maius regni officium, exercitiumque iurium regalium.* Non regale autem, *cui iunctum fuit inferius regni* vel *aulae ministerium.* Ex vsu autem recentiori feudum regale dicimus, *cui iuncta est potestas, regendi immediatum Imperii territorium, iure proprio.* Non regale autem, *in quo ista deficit potestas.* Cauendum vero hic simul est, ne quis existimet, feudum regale vnum semper idemque esse cum eo, cui iuncta est superioritas territorialis. Fuerunt enim diu ante, tum in Germa-

(nn) SIGONIVS *lib. XI. de Regno Italiae* rem ita narrat: INNOCENTIVS LOTHARIVM *in Lateranum vocauit, atque ibi pridie nonas Iunias ipsi coronam impofuit, ac protinus, ad prodendam rei nouo exemplo actae memoriam, huius facti seriem regiae in pariete pingi, atque hos versus subscribi mandauit:*

Rex venit ante fores, iurans prius vrbis honores;
Post homo *fit Papae, sumit, quo dante, coronam.*

Quam fabulam recte iam refutauit HAHNIVS in *histor. Imperiali, parte III. cap. IV. §. 5. not. sub g) p. 185. seq.* Conf. Illustr. Dn BOEHMERVS in *iur. eccles. Protestant. lib. III. tit. XX. §. 30.*

mania, tum in Italia, feuda regalia, quam ſuperioritas exſtitit territorialis. Atque Imperatores iura quondam regalia ſibi ſanctisſime ſeruarunt illæſa. Quæ & maſcule inprimis Imperator FRIDERICVS I. ſibi vindicauit (oo). Nec omittendum, dari & hodienum feuda regalia, quibus hæc iuncta eſt nullatenus regendi poteſtas; quemadmodum & hæc pasſim exercetur ſine vllo feudi vinculo.

§. XXX.

Regalia alia maiora, alia minora.

Iura regalia vulgo diſtinguuntur *in* maiora & minora. Quam tamen diſtinctionem recentiorum iuris interpretum non pauci reiicere floccique facere ſolent (pp). Quoniam autem vſu eſt recepta, non demum producenda, nec ſuper-

(oo) Teſtimonia OTTONIS FRISINGENSIS, RADEVICI, nec non GÜNTHERI, tum alibi paſſim, tum etiam in præfatione, quam Illuſtr. Dn. de LVDEWIG *ſingularibus iuris publici* præmiſit, *p.* 40. *ſeqq.* legi poſſunt. Conf. 2. F. 56. It. *formula pacis, Conſtantiæ an.* 1181. *firmatæ*; quæ & libris feudorum in editionibus recentioribus eſt adiecta.

(pp) Vid. THOMASIVS *ad* HVBERVM *de iure ciuitat. lib. I. ſect. III. cap. VI. ad* §. 3. *not. x*) TITIVS im Teutſchen Lehn-Recht *cap. VIII.* §. 18. V. C. SCHEFFERI *diſſ. de regalibus* §. Sed vindicias illius diſtinctionis ſcripſit Illuſtr. Dn de LVDEWIG in *iur. feud. Cap. VIII. qu. IV. p.* 461. *ſeqq.*

ſuperfluum erit, eam hic explicare. Maiora dicimus, *quæ faciunt potisſimum ad eminentiam, dignitatem ac maieſtatem Imperantis explicandam:* veluti poteſtas legislatoria, iudicia conſtituendi, nec non ius belli ac pacis & ſimilia. Minora, *quæ iſto quidem ſplendore deſtituuntur: reditibus tamen Principum adaugendis inſeruiunt*: veluti ius imponendi tributa, ius venandi & ſimilia.

§. XXXI.

Alia immanentia, alia transeuntia.

Porro diſtinguuntur recentioribus iuris publici Doctoribus in immanentia & tranſeuntia; illa dicuntur, quæ in ipſos ſubiectos *intra fines reipublicæ* exercentur: veluti poteſtas legislatoria; ius conſtituendi miniſtros, magiſtratus, aliosque officiales; poteſtas iudiciaria; ius puniendi, & ſimilia. Tranſeuntia vocantur, quæ *extra reipublicæ fines* cum exteris exercentur: veluti ius belli ac pacis; ius foederum, & ſimilia.

§. XXXII.

Feuda Imperii regalia.

Ceterum, quemadmodum quodlibet ſupremum reipublicæ caput feuda regalia poteſt largiri; ita & Imperatori noſtro tribuenda merito eſt poteſtas, vel integrum iurium regalium complexum, feudi titulo, conferendi; niſi legibus Imperii publicis hæc limitata fuerit

rit poteftas (qq). Neque admittimus fententiam eorum, qui docent, in feudis regalibus *exercitium fuperioritatis in duas partes diuidi;* quarum vna loco dominii directi fit, & remaneat penes Imperatorem & Imperium; altera vero ad vafallum pertineat, fub ratione dominii vtilis; quae ipfa pars etiam fuperioritas territorialis appelletur (rr). Nam initio haec doctrina nimiam fapit fubtilitatem, ac praeterea eft falfisfima. Qui enim fuperioritatem territorialem feudi titulo posfidet, eandem aeque habet integram, ac alius Imperii ftatus, qui iure allodii eam tenet atque exercet. Neque dominium directum, quo Imperator atque Imperium priori cafu gaudent, fine abfurdo dici poteft pars fuperioritatis territorialis; quippe quae potius integra, iure dominii vtilis feudalis, a vafallo exercetur.

§. XXXIII.

Alia funt ecclefiafti-

Haec feuda Imperii regalia in ecclefiaftica & fecularia vulgo diftinguuntur.

Ec-

(qq) Sic regale vectigalium & monetae non nifi cum Collegii Electoralis confenfu poteft conferri. Vid. *Capit.* CAROLI VI. *artic. VIII.* & *IX.*

(rr) Vid. LYNCKER in *commentat. de fuperioritate territor.* &, qui eum fequitur, HORNIVS in *iur. publ. prud. cap. LIX. §. 6.*

Ecclesiastica dicuntur, *quae personis ecclesiasticis conferuntur* (ss). Secularia vero, *quae status accipiunt seculares*. Illa quondam, a symbolo inuestiturae, Scepter-Lehn; haec Fahn-Lehn appellata. *ca, alia secularia.*

§. XXXIV.

Qui itaque ista, quam paulo ante expośuimus, superioritate gaudent, status Imperii, de iuribus etiam regalibus vasallos suos rursus inuestire posse, nullum sane est dubium; quum nulla prohibitio possit ostendi, atque exempla per tot Germaniae prouincias de vsu huius iuris abunde testentur. Fit autem *Regalia a statibus concessa.*

(ss) Feuda ecclesiastica propie dicta in rebus ecclesiasticis consistere, supra §. huius capitis iam est ostensum. Et quando res & iura secularia feudi titulo conceduntur, feudum sane est seculare proprie dictum. Vnde consequitur, feuda, de quibus hic agimus, perabusum dici ecclesiastica, ac potius re ipsa esse secularia, quum personis ecclesiasticis isto titulo iura secularia (die Weltlichkeit, weltliche Herrlichkeit) conferantur. Conf. Illustr. Dn. BOEHMERI *ius eccles. Prot. lib. III. tit. XX.* §. 93. cum iis, qui antecedunt proxime, vbi docet, qua ratione Praesules ecclesiastici in regno Germaniae sensim iura acquisiuerint regalia. Add. PFEFFING. in *Vitr. illustr. L. I. tit.* XV. §. 5. *seqq.* it. SPENERI *dissert. de Ottonismo.* Iungatur in primis Illustr. Dn. de LVDEWIG in *iur. feud. cap. XI. qu. XI.*

tem ista concessio, salua superioritate territoriali, saluoque supremo concedentis moderamine. Et quamuis hic vsum istorum iurium bene ordinatum concursu suo non possit impedire; vasalli tamen *subordinate* eadem semper exercent (tt).

§. XXXV.

De inuestitura cum re propria.

Denique & quæstio paucis est explicanda, vtrum alicui res propria in feudum dari queat? Scilicet hoc eo potest contingere modo, vt quis prædium suum alteri ea conditione offerat, vt id ipsum deinde feudi titulo ab illo recipiat.

§. XXXVI.

Vnde feudum oblatum.

Atque eius modi feudum dicitur oblatum. Et licet disertis ea de re verbis actum non sit; si tamen quis sciens

(tt) Specialiorem iurium regalium doctrinam studiose hic omittimus; quippe quæ ad iuris publici potius prudentiam pertinet. Ceterum, indefinite concesso iure venandi, ius capiendi tantum feras minores vasallo competere; indultaque pari modo iurisdictione, inferiorem in dubio duntaxat præsumi; id quidem rectæ rationi maxime est concinnum: hæc enim docet, in dubio ea esse præsumenda, quæ sunt ordinaria & frequentiora; nisi singulares alicubi forte obstent rationes, quare aliter sit præsumendum. Conf. BVRIVS in *commentario ad Schilt. I. I. F. p. 655. seqq.*

ſciens rem propriam in feudum receperit; merito, inueſtienti dominium directum eo ipſo obtuliſſe, cenſetur; quum nemo ſanus actum eiusmodi ſerium fruſtra ſuſcipiat. Ius equidem Longobardicum feuda oblata omnino ignorat. Aſt moribus Germaniæ quondam fuere frequentisſima (uu). Atque ex iure Saxonico prouinciali (xx) diſcimus, „ſi quis pro„prietatem ſuam domino ita dederit, vt „cum ea per dominum vice verſa infeu„detur, iſtam donationem non profuiſ„ſe, *niſi eam proprietatem per annum & „diem libere poſſederit.*„ Peracto autem hoc ſpatio, eandem proprietatem in feudum ſecurius poterat conferre (yy). Quæ tamen conſuetudo diu iam & in ipſa Saxonia exoleuit. (zz) Quod ideo contigiſſe arbitror, quoniam per conſtitutum posſeſſorium, ſine eiusmodi tra-

(uu) Quod inter alia pluribus docetur in *diſſert.* HERTII & THOMASII *de feudis oblatis.* Conf. BVRIVS *cit. loc. p.* 675. *ſeqq.*

(xx) Et quidem ex *iuris Sax. prouinc. lib. I. art.* 34.

(yy) Vid. MÜLLERVS im Staats-Cabinet, *part. III. cap. II.* vbi exempla feudorum etiam illuſtrium, ea ratione oblatorum.

(zz) MÜLLERVS *cit. cap. §. vlt.* Ceterum de feudis oblatis infra pluribus agemus.

traditionis ambagibus, facilius negotium potest expediri.

CAPVT V.

DE PERSONIS, QVAE FEVDA CONSTITVERE POSSVNT.

§. I.

Ad feud. constit. opus est conuentione.

Vt res quaedam, huc usque allodialis, nouam feudi indolem nanciscatur, ex ordine Dominum *inter* & Vasallum opus est conuentione, qua iste effectus proxime producatur. Quod in vtraque requiritur specie, siue feudum fuerit *datum* a Domino, siue a Vasallo *oblatum*. Quum autem nullae conuentiones vi propria, sed omnes ope legum, iura aeque, ac obligationes producant; consequitur profecto, & conuentionem feudalem legitimo carere effectu, nisi iuri feudali sit concinna; quod igitur non male caussa quibusdam (a) dicitur remota.

§. II.

Quae requirit personas habiles.

Quemadmodum autem recta nulli non dictitat ratio, legitimo conuentionem carere effectu, ni habiles eam perfecerint personae: ita & veritatem hanc non

(a) Veluti SCHILTERO in *introd. ad ius feud. cap. IV. §. I.*

non potuit non iuris feudalis prudentia confirmare.

§. III.

Regula generalis de habilitate.

Scilicet duas in hoc negotio cernimus personas agentes, siue physicas, siue morales; quarum altera vel directum rei suæ dominium sibi reseruat, atque vtile eiusdem in alteram transfert; vel rei suæ dominium offert alteri, vt recipiat vtile. Quare, quum vtraque, tum datio, tum oblatio, sit alienatio quædam; consequitur profecto, *neminem, nisi alienandi potestate pollentem, quidquam in feudum dare, aut offerre posse*; & porro: *eum, cuius alienandi facultas iure aliorum singulari est circumscripta, & horum in feudis constituendis consensu indigere.*

§. IV.

Feuda initio dedere Reges.

Qua posita obseruatione generaliori, quantum ad dationem speciatim attinet, solos initio Francorum Reges feuda dedisse in Germania, atque ab his eadem proxime accepta fuisse, vocatis in auxilium auctoribus, iam alibi (b) ostendi.

§. V.

(b) Nempe in *diss. de orig. ac prima indole feud. Imperii* §. 21. Neque in aduersam me pronum reddunt sententiam, quæ SPENERVS in *primitiis histor. feud. obseru.* III. ad §. 15. *sub lit.*

§. V.

Post & Proceres.

Id tamen vero est simillimum, sub Carolingis, Duces Comitesque nec non Episcopos atque Abbates feuda quoque dedisse sub-vasallis (c).

§. VI.

De priuatis ac plebeiis,

Tandem, præter Regni Proceres, & priuatæ sortis homines beneficia largiendi potestatem, ex interpretum doctrina, accepere, vt censum atque operas, similiaque, cum fide feudali sibi possint stipulari. Hinc regula nata: *Conferunt feuda, qui alienandi potestatem habent*, & quidem (1) domini, siue masculi, siue foeminæ; siue clerici, siue laici; siue in dignitate constituti, siue plebeii fuerint; (2) illi quoque certa

lis. (p) in medium protulit, vt vero ostendatur similius, Germanicos Duces atque Comites, stante Merouidarum Regno, subfeuda distribuisse Quæ enim adducuntur testimonia, sensum hunc, ni inferatur, legenti minime produnt.

(c) Testimonia ex capitularibus Regum Francicorum adduxit ALTESERRA *de feud. Gall. cap. VI.* CANGIVS in *Glossar med æui*, voc. VASSI. Add V.C. KOPPII *tract. iur. publ de insigni differentia inter S.R.I Comites & Nobiles immed. Sect. I §. 9.* Quid? quod seculis deinde turbulentis prouinciales propriorum fundorum possessores allodia sua oblationibus verterunt in beneficia, atque sic locum fecere subfeudis ampliorem.

ta ratione, qui praesunt bonis Imperii, ecclesiae, aliusue uniuersitatis. (d)

§. VII.

(d) Vid. STRVVII *Synt. iur. feud. cap. V. thes.* 2. *sqq.* STRYKII *E. I. F. C. V. qu.* 22. *sqq.* HORNII *I. F. cap. V.* §. 13. *seqq.* BEYERI *delin iur. feud. c. IV. pos.* 4. *seqq.* Qui & rustico potestatem feuda largiendi ex regula indulgent, adeo quidem, vt HORNIVS §. 14. ne homines quidem proprios prorsus excludat. Sed merito hic iungimus THOMASII *diss. de orig. feud.* § 1. *not.* (*d*). hunc in modum concepta verba: *Ostendatur quaeso! exemplum feudi cuiuscunque, a rustico dati. Frustra autem est, disputare de potentia, quae nunquam traducitur in actum.* Quid? quod SCHILTERVS in *comment. ad I. F. A. cap. III* §. 7. contra ROSENTHALIVM in *Synopsi iur. feud. cap. III conclus.* 2. *ad I. F.* 7. prouocantem, obseruauit, ex isto capite, rem non probari; quum Valuasores minimi non fuerint plebeii; sed nobiles sexti clypei. Certe ex nostro iure negatiuam esse veriorem, arbitratus Quid? quod & V. C. ESTOR, in denen kleinen Schriften *part. III. num. X. p.* 701. *seqq* pluribus ostendit, inferioris ordinis nobiles olim per Germaniam non potuisse subfeuda constituere; nedum plebeiae sortis homines; quum res periculi plena fuerit habita, longam permittere subditis seriem vasallorum. Quare & Principes nonnulli libertatem hanc circumscripsisse leguntur. HERTIVS *in dissert. de feudis oblatis, Volum. opusc. I. tom. II. part. I.* §. 20. *p.* 515. *seq.* GRIBNERI *opusc. iuris publ. select. tom. IV. sect. V.* §. 5.

§. VII.

Distincta applicatio ad feuda Imp. & prouinc.

Quicquid autem huius rei sit, in Germania, sicubi de personis, feuda concedentibus, sermo inciderit, potissimam Imperatoris atque Ordinum Imperii rationem, pro diuersa feudorum Imperialium ac prouincialium indole, habendam esse, neminem credo inficias iturum.

§ VIII.

Imperatoris in feudis dandis potestas.

Imperatorum ac Regum Germaniae licet olim in feudis Imperii largiendis liberior fuerit potestas (e); id tamen inficias ire nemo poterit, legibus Imperii recentioribus eam admodum esse circumscriptam. Quod vt melius pateat, dicendum sigillatim de Electoratibus, Principatibus, Comitatibus, Dynastiis, ac feudis Imperii minoribus.

§. IX.

De equestribus.

Minora equidem Imperii feuda, puto equestria, vix est, vt recens constituere Imperator queat, consumto fere, quod olim fuerit, imperiali domanio, ex quo praedia Imperii equitibus feudi titulo indulgenda. Quodsi autem equestre Imperii feudum vacare contigerit, nullum est dubium, quin vel solus

(e) De Merouingis dixi in *differt. de orig. & prima indole feudorum Imperii* §. 23. *seqq.*

lus id ipsum Imperator alicui rursus largiri; itemque nondum vacantis expectatiua aliquem afficere possit; neglecto Ordinum Imperii consensu; quippe ad quem nulla Imperii lege adstringitur.

§. X.

De electoratibus Aurea Bulla (f) CAROLI IV. hunc in modum dispo- nit: *si vero aliquem ex huiusmodi Principatibus ipsorum Imperio sacro vacare contingeret, tunc Imperator, seu Rex Romanorum, qui pro tempore fuerit, de ipso prouidere debebit ac poterit, tanquam de re, ad se & Imperium legitime deuoluta.* Quae quidem verba de vetustioribus secularibus (g) ita deinde intellecta sunt, vt in his vacantibus rursus conferendis absolutum Imperatori esse arbitrium, *De electoratibus.*

(f) *Cap. VII.* §. 5. Excipitur speciatim *Bohemiae Regnum;* quippe cuius Ordinibus, in casum vacationis, liberum eligendi ius ibidem conseruatur; recentiori deinde aetate, post infelicissimum nempe praelium Pragense, amissum; ita quidem, vt Bohemia haereditariis Austriacae familiae prouinciis sit adscripta. PAC. PRAG. §. 23. *I. P. O. art. IV.* §. 55. Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG *in comment. ad cit.* §. *sub lit. k) seqq.*

(g) Ecclesiastici enim, per electiones canonicas, aut postulationes, perpetuos habent successores, ab Imperatore tantum inuestitura confirmandos.

trium, ad Electorum consensum nullatenus abstringendum, (h) censuerint non pauci. Quicquid autem huius interpretationis sit, nunc profecto, post Augustissimi CAROLI VI. capitulationem, (i) nullum cuiquam superesse dubium

(h) Inprimis, quum post *A. B.* ne quidem in capitulationibus plurimis, intuitu huius momenti, rebus suis consulerint Electores. ITTERVS de *F. I. C. VII.* §. 12. & 14. Quae ea de re, post FRIDERICI V. Electoris Palatini, proscriptionem, in vtramque partem publice disceptata fuere, prolixius legi possunt apud LONDORPIVM *tom. II. act. publ. L. VI. C.* 159. Conf. ADLZREVTERI *annales Boicae gentis P. III. L. VIII C. V seqq.* ITTERVS *cit. cap.* § 15-30. PFEFFING. in *Vitr. illustr. lib. III. tit. I. ad* §. 16 *lit.* (e) *p.* 966. *seq*

(i) Ob verba *art. XI.* hunc in modum concepta: die sollen und wollen wir, die Churfürstenthümer, ohne des Churfürstl. *Collegii* . . . . Vorwissen und Consens, ferner niemand leihen. Quid? quod & hunc iam seruauit modum Imperator SIGISMVNDVS in Electoratu Brandenburgico Saxonicoque; quorum alterum anno 1417. in FRIDERICVM, Norimbergensem Burggrauium; alterum anno 1423. in FRIDERICVM BELLICOSVM, Misniae Marchionem, praeuio vtique Collegii Electoralis consensu, solenni ritu contulit. IAC. PAVLI von GVNLING Leben und Thaten Friedrichs des Iten Churf. zu Brandenb. *Cap. V.* §. 1. *Cap. VI.* §. 1. 4. *Cap. VII.* §. 1. Qui rem diplomatum fide optime refert. Litteras clientela-

bium poteſt, quin Electorum hac in re opus ſit conſenſu. Quod multo magis obtinebit, vbi nouus Electoratus eſt conſtituendus. (k)

§. II.

telares Saxonicas exhibet LVNIGIVS in *corp. iur. feud. Germ. tom. I. p.* 591. *ſeqq.* Reichs-*Archiv. part. ſpec. ſect.* 2. *p.* 6. Vbi hæc inter alia: mit wohlbedachtem Muthe, gutem Rath Unſer und des Reichs Fürſten, Geiſtlichen und Weltlichen, Grafen, Herren ꝛc.

(k) Vtrum autem ſolius Collegii Electoralis conſenſus ad momentoſum iſtud negotium ſufficiat? ea certe alia eſt quæſtio. Octauum Electoratum totius Imperii auctoritate conſtitutum nouimus ex *I. P. O. art. IV.* §. 5. verb. *Imperator cum Imperio, publicæ tranquillitatis cauſa, conſentit &c.* Anno autem 1692, ex Imperatoris tantum LEOPOLDI & maioris Collegii Electoralis partis conſenſu, nonus acceſſit; non paucis tamen e Principum collegio acerrime contradicentibus. CASSANDRI THVCELII *electa iur. publ. curioſa cap. II. & III.* EVROP. HEROLD. *P. I. p.* 313 *ſeq.* PFEFFINGERI *Vitr. illuſtr. L. I. tit.* 13. *ad* §. 1. *not.* (*a*) *p.* 1027. *ſeqq.* Compoſita tandem controuerſia, ſolennis in collegium Electorale introductio die 12. Sept. 1708. *ex trium S. R. J. collegiorum decreto* eſt ſubſequuta. FABRI Staats-Canzley *tom. XIII. c. IX. p.* 401. *ſeqq.* ELECTA *J. P. tom. I. p.* 1. *ſeqq.* AVG. CAROLI VI. *cap. art.* 3. Ante vero Imperator Ioſephus, ſingulari *decreto comitiali d. d.* 21. *Julii* 1706. publice

§. XI.

De Principatibus, Comitatibus ac Dynastiis Imper.

Intuitu aliorum Imperii feudorum maiorum, nempe *Principatuum*, *Comitatuum* ac *Dynastiarum* Imperii, Imperatoris potestas iam limitata est in CAROLI V. capitulatione (1); scilicet ne vacua eiusmodi feuda Imperator rursus

blice inter alia declaravit: Daß, was bishero in ermeldeter Sache beschehen, weder zu Nachtheil und præiudiz des denen Fürsten und andern Ständen zustehenden Rechts gemeynet, noch dahin iemahls angezogen, auch künftig neue und mehrere Chur-Würden, ohne des gesamten Reichs Einwilligung, nicht eingeführet, und solches dem künftigen Reichs-Abschiede, in forma sanctionis pragmaticæ, einverleibet werden solle. Hinc & in *Capit.* CAROLI VI. *artic. III.* hæc leguntur: Den, mit Einwilligung gesamter Churfürsten, Fürsten und Stände, eingeführten Braunschweig-Lüneburgischen Electorat. &c.

(1) *Artic.* 24. hæc sunt verba: Wann auch Lehen dem Reich und Uns, bey Zeiten Unserer Regierung, eröffnet und lediglich heimfallen werden, so etwas merckliches ertragen, als Fürstenthum, Graffschaften, Herrschaften, Städte und dergleichen, die sollen und wollen Wir ferner niemand verleihen, sondern zu Unterhaltung des Reichs, Unser und Unserer Nachkommen der König und Käyser behalten, einziehen und incorporiren, bis so lange dasselbige Reich wieder zu Wesen und Aufnehmen kommet.

ſus conferat; ſed potius ad domanium Imperii reſtituendum applicet. Quod ſine mutatione repetitum eſt in proxime ſequentibus, vsque ad FERDINANDI IV. capitulationem; ex qua apparet, potuiſſe poſtea eiusmodi feuda maiora aliis conferri ex ſolo *collegii Electoralis* conſenſu (m). Quod vti ægre admodum tulit collegium Principale; ita huius tandem querelis ſatis eſt factum in *capit.* CAROLI VI. (n); ita quidem, vt

(m) *Artic.* 30. illius capit. hæc habet: Wann auch Lehen dem Reich : : : : die ſollen und wollen wir, ohne **Vorwiſſen der 7 Churfürſten**, ferner niemand leihen ꝛc. Quinimo in fœdere, quod an. 1399, Electores, pro aſſerendis iuribus ſuis & commodis communibus, pepigere, prodigalitate WENCESLAI commoti, iam ſanciuere, *ne quæ Imperii partes, ipſis inuitis, alienarentur.* Quod aliis fœderum elect. formulis poſtea repetitum. Vid. MASCOVII *diſſ. de expectatiuis in feuda Imperii* §. 23.

(n) In cuius *articulo* 20, in medio, hæc leguntur: Wann auch ins künftige Lehen dem Reich, durch **Todes-Fälle**, oder **Verwürckung** eröfnet und lediglich heimfallen werden, ſo etwas merckliches ertragen, als Churfürſtenthümer, Fürſtenthümer, Graf- und Herrſchaften, Städte und dergleichen, die ſollen und wollen Wir, die **Churfürſtenthümer**, ohne des Churfürſtl. Collegii; die

vt in eiusmodi feudis vacuis, rurſus conferendis, *etiam collegii Principalis* conſenſus nunc ſit neceſſarius; quinimo certo in caſu etiam *collegii ciuitatum Imperialium* conſenſus deſideretur, ſi nempe *ciuitas* quædam Imperii in feudum alicui ſit conferenda, atque in ciuitatem prouincialem hoc modo commutanda.

§. XII.

De plurium vnione.

Singularis etiam eſt quæſtio, vtrum *plures* forte *dynaſtias*, aut *comitatus* Imperii conflare, ſeu vnire, ac poſt eiusmodi vnionem, *principatus titulo*, alicui in feudum concedere queat Imperator? Quam quidem quæſtionem ITTERVS (o) eo quidem modo decidit, vt tandem arbitretur, hanc Imperatori poteſtatem non poſſe denegari; ſumto hac in re argumento *a ſummi Pontificis poteſtate in beneficiis eccleſiaſticis* maioribus vniendis. Quod tamen argumentum, tanquam a diuerſis deſumtum, ego abſonum

die Fürſtenthümer, Graf und Herrſchaften, Städte und dergleichen aber, ohne der Churfürſtl. Fürſtlichen, auch, (wann es nemlich eine Reichs-Stadt betreffen thut,) Städtiſcher Collegiorum Vorwiſſen und Conſens ferner niemand leihen ꝛc.

(o) ITTERVS *de feudis Imperii cap. VIII. §. 18. & nonnullis ſeqq.*

ſonum iure meritoque pronuntio; quum Papæ ſumma atque abſoluta in eccleſias Romano-Catholicas tribuatur poteſtas; qua ex oppoſito deſtituitur Imperator per Germaniam.

§. XIII.

An in ſtatuum territoriis Imperatori liceat Imperii feuda conſtituere?

Sunt præterea, qui Imperatori poteſtatem tribuunt, etiam in territoriis ſtatuum, conſtituendi feuda Imperii; ſed fruſtra omnino; quum Imperatori minime liceat ſuperioritatem territorialem ſtatuum Imperii turbare, vel eorum Landſaſſios eximere atque immediatos reddere. Et quamuis negari nequeat, olim nonnunquam Imperatores ſubditis ac vaſallis ſtatuum Imperii *iura regalia*, inſtar feudi Imperii, contuliſſe; vix tamen ac ne vix quidem tale quid hodie continget; poſteaquam publicis Imperii legibus ſuperioritas territorialis quam ſanctiſſime eſt ſtabilita ac firmata (p).

§. XIV.

(p) Nil itaque ad nos CVRTIVS, reiectam hic ſententiam fouens, *part. II. de feudis laic. num.* 2; quum in *capit.* IOSEPHI *artic.* 3. vetitum iam ſit, ne Landſaſſiorum quisquam, ſe ſuaque bona Imperatori atque Imperio clientelæ nomine dedere audeat. Pertinent huc verba articuli illius ſequentia: Keinem Churfürſten und Stand, die ohnmittel-

§. XIV.

Vtrum oblata ab immediatis allodia pro arbitrio accipere in clientelam queat Imperator?

Contingere denique poteſt, vt membra Imperii immediata terras pariter immediatas, ſed hactenus allodiales, in feudum offerant Imperatori; quo caſu quæſtio oritur, vtrum libera hac in re Imperatoris ſit poteſtas. Quod vtrique affirmandum, quatenus de ſola qualitate feudali tribuenda agitur. Secus vero ſe res habet, ſi ſimul ſuperioritas territorialis, vna cum iure ſedis ac ſuffragii in comitiis, ſimul conferenda; aut vllum aliud Imperio inde metuatur detrimentum.

§. XV.

De Vicariis Imperii

Intuitu Vicariorum Imperii quæſtio duplex diſtincte hic proponenda: 1.) an Vicarii Imperii *noua Imperii feuda*

mittelbare Reichs-Ritterſchaft mit begriffen, ſeine Land-Saſſen, ihme mit, oder ohne Mittel, unterworffene Unterthanen, und mit Landes-Fürſtlichen, auch andern Pflichten zugethane Eingeſeſſene, und zum Lande gehörige, von deren Botmäſſigkeit und iurisdiction, wie auch wegen Landes-Fürſtl. hoher Obrigkeit, . . . weder unter dem *Prætext* der Lehen-Herrſchaft, noch einigem andern Schein, eximiren und befreyen. Paria habet CAROLI VI. *capit. artic.* 15. Conf. THOMASII *diſſ. de feudis oblatis* §. 46. *ſeqq.* GRIBNERI *opuſcula, tom. IV. ſect. V.* §. 3. *not.* (*d*). SPENER in *primit. hiſt. feud.* p. 124.

da constituere queant? 2) an *renouationem* feudorum sine discrimine perficere queant? *Prima* proprie est huius loci; & ad eam negatiue respondemus; quum noua feudi constitutio sit species alienationis, Vicariisque Imperii per AVR. BVLL. (q) omne alienationis genus disertis verbis sit interdictum. Ad *alteram* vero quod attinet, ea vtique per eundem textum est affirmanda; *exceptis Principum duntaxat feudis, & illis, quæ* Fahn-Lehen, *vulgariter appellantur.* Quæ exceptio dubiis Doctorum interpretationibus ansam præbuit; aliis (r) existimantibus, ante Aur. Bullam permissum quidem fuisse Vicariis, de feudis vexilli Comitum & liberorum Imperii Dominorum, tempore interregni, territoriorum dominos investire; sed per hunc Aureæ Bullæ paragraphum mores antiquiores esse mutatos, Vicariisque Imperii potestatem, qua olim gauisi fuerint, esse ademtam. Aliis (s) vero alia hic mens est, qui arbi-

(q) *Cap. V. §. 1. in fin.*

(r) Quos inter etiam est SCHILTERVS in *iur. publ. lib. I. tit. XIIX. §. 4.*

(s) In quorum numero quoque est GRIBNERVS in *opusculis tom. II. Sect. I. de Vicariis Imperii*;

arbitrantur, quamuis & Comitum & Dynastarum Imperii territoria & iura feudalia certo modo ad feuda vexilli possint referri; minus tamen vulgarem istum esse feudorum vexilli significatum; atque adeo probe notandum vocabulum *vulgariter* in §. *Aur. Bull. cit.* nec non, quod feuda Principum speciatim nominentur; atque etiam ordinarie ab ipso Imperatore solenni ritu Principibus Imperii eorumque legatis conferantur; quum ex opposito secus se in reliquis res habeat.

§. XVI.

Quae statuum Imp. potestas? Quantum ad Imperii Ordines attinet, sine dubio *priuatum* ipsorum *patrimonium* a publico Principatus est distinguendum. Illius portiones quin feudi titulo tum subditis, tum aliis, prout visum fuerit, largiri queant, nullus huc vsque dubitauit. In hoc autem limitata plerumque est Imperii statuum potestas, quod ex singulari cuiusque territorii Imperii structura politica quam optime intelligitur (t). Quae tamen libertatis imminutio *in feudis vacuis* rursus

perii, §. 19. It. GVNDLINGIVS in *diss. de feudis vexilli* § 34. nec non in *Gundlingianis part.* 26. *obs.* 4.

(t) Conf. quae *capite proxime praecedente* de discrimine bonorum diximus.

rurſus conferendis vix ac ne vix quidem locum habebit. Quid? quod & in feudis, *per oblationem* ſubditorum conſtituendis, libera ſine dubio Ordinum Imperii poteſtas.

§. XVII.

De Praeſulibus eccleſiarum.

Pari quoque modo ſe res habere ſolet cum Epiſcopis aliisque Imperii ſacris Præſulibus. Quippe quorum, qua Imperii Principum, eadem hac in re cum aliis legitima eſt facultas. Quatenus autem ſuperiores agunt moderatores eccleſiarum, rerumque ac iurium ad has proprie pertinentium, (der eigentlichen Stifts-Güter Einkünfte und Gerechtigkeiten,) ponderanda ſunt, quæ capite proxime præcedente, de rebus infeudari ſolitis, & non infeudari ſolutis, in medium produxi. Quæ vero de capituli conſenſu ibidem dixi, limitationem patiuntur, 1) ſi ex conſuetudine ſingulari Epiſcopus liberiori gaudeat poteſtate; 2) ſi feuda ex laicorum oblationibus prouenerint; 3) ſi ex ſtatuto Epiſcopus ad feuda aperta rurſus conferenda teneatur; cuiusmodi ſtatutum eſt in Epiſcopatu Monaſterienſi; 4) ſi vrgens neceſſitas nouam feudi dationem deſideret (u).

§. XIIX.

(u) Vid. illuſtr. Dn. BÖHMERVS in *iur. eccleſ. Proteſt. lib. III. tit. XX. de feudis* §. 29. *ſeqq.*

§. XIIX.

De capituli, sede vacante, potestate. Verum non eadem capitulo, sede vacante, est potestas, vt beneficia aperta rursus conferre queat; sed futuro Praesuli collatio est relinquenda; quum nihil innouare, ac ne quidem praebendas vacantes rursus conferre queat (x); atque eadem sit ratio feudorum ecclesiasticorum, ad Episcopi collationem spectantium (y). Id vero extra dubium est positum, si feudum ad mensam capituli spectet, capitulum quoque id ipsum, sede vacante, alii conferre posse; quum idem, & sede non vacante, valeat. Pari res modo se habet, si capitulum, viuo Praesule, in collatione concurrat: tunc enim, sede vacante, solum ius conferendi exercet (z).

§. XIX.

De Papae concursu. Quemadmodum porro summo Pontifici Romano absoluta in bona ecclesiastica omnia potestas tribui solet ab assectis adulatoribus; ita & ecclesiarum omnium facultates feudi titulo, si ita visum fuerit, conferre eum posse, arbitran-

(x) Vid. *cap.* 1 & 2. *X. ne, sede vacante, aliquid innouetur.* Vnde merito hic argumentum ducitur.

(y) Conf. Illustr. Dn. BÖHMERVS *cit. ante loc.* §. 41.

(z) ID. *ibid.*

bitrantur. Sed notiſſimum ſane eſt, reſtrictam in plerisque Regnis eſſe ſummi Pontificis poteſtatem, intuitu bonorum eccleſiaſticorum. In Germania eadem per CONCORDATA NATIONIS GERMANICÆ ita eſt limitata, vt *beneficia* tantum ibi *reſeruata* clericis conferre queat. Multo minus ius aliquod, de bonis eccleſiaſticis Proteſtantium diſponendi, ipſi ſupereſt per inſtrumentum pacis Oſnabrugenſis (a).

§. XX.

Illud quoque hiſtoria docet, omnia fere Europae Chriſtianæ regna Pontifici Romano beneficiario ſe nexu ſubieciſſe. Sic Rex *Luſitaniæ*, ALPHONSVS, ex quo Regis nomen anno 1139. ſibi ſumſerat, nouum regnum ſummo Pontifici in feudum obtulit, ac ſedi Apoſtolicæ fidem beneficiariam anno 1180. iurauit. *Arragoniæ* Princeps, PETRVS, Regis elogium deſiderans, atque etiam vngi cupiens, Romam profectus, & voti compos a Papa factus eſt, ea conditione, vt Arragoniæ Regnum Apoſtolicæ ſedi fieret feudale, & Rex ipſe fidem Papæ iure-

De Regibus Papæ Vafallis.

(a) Vid. iterum Illuſtris Dn. BÖHMERVS *cit. loc.* §. 30. Plura habet, eaque notatu digniſſima, Illuſtr. DN de LVDEWIG in *iur. feud. cap. XI. de feudis eccleſiaſticis*; *cuius quæſtio* 1. agit *de feudis Dei & Chriſti.*

iureiurando promitteret anno 1204, addito censu, annuatim persoluendo. In parem concessit nexum *Angliae* Regnum anno 1213, quo eiusdem Rex IOANNES Papae *ligius* euasit vasallus. *Galliae* Rex, CLODOVAEVS, anno 496. regnum suum pariter Pontifici Romano reddidit clientelare. *Hungariae* quoque, Pontifici clientelaris, argumentum proferunt non vnum curiae Romanae asseclae. *Poloniae* regnum 1045. Pontificis Romani feudum factum esse, CASIMIRO Rege largitore, & consentiente populo vniuerso, eius historici commemorant. Vtriusque *Siciliae* regna Papae etiam feudalia euasisse, paucis potest esse obscurum. Sed, repurgatis per euangelii praecones sacris, haec lumina quoque tenebras, & in negotiis politicis, adeo dispulerunt, vt Principes nexum beneficiarium vel ruperint, vel saltem laxarint admodum (b).

§. XXI.

De potestate tutorum, in feudis constituendis.

Tutores non, nisi cum decreto superioris, feuda constituere posse, communiter affirmant interpretes. Nempe bona

(b) Quae omnia prolixius & erudite deduxit Illustris DN. de LVDEWIG in *iur. feud. cit. cap. XI. qu.* 2. Vbi & Germaniae Episcopos omnes Papae esse vasallos, demonstratur, *qu.* 4.

bona immobilia minores neutiquam alienare possunt, accedente licet tutorum auctoritate; nisi singularis vrgeat necessitas, atque hanc rite cognouerit superior, decretoque probauerit (c). Solennitas legalis vulgo audit; qua deficiente, alienatio ipso iure est nulla, ortaque lite, talis est pronuncianda. Quod tamen ad *status Imperii* minime applicandum censeo: quum enim horum ea sit, per publicam Imperii obseruantiam, libertas, vt solennium, quae iuris sunt priuati, apicibus, quotiescunque in territoriis suis cum subditis agunt, iure non possint reddi obnoxii; quid, quaeso, obstabit, quo minus Imperii status minor, adstipulante territorii Administratore, subditorum alicui, vel sine Imperiali decreto, feudum validissime largiri queat.

§. XXII.

In renouatione autem inuestiturae ideo solennitate legali ne quidem priuato tutori est opus, quod illa iure feudali est praecepta. Huc accedit, quod nullam *Nec non in renouatione.*

(c) G. A. STRVVIVS in *Synt. J. F. cap. V. th.* 4. *n.* 1. 4. STRYKII *E. J. F. cap. V. th.* 29. HORNIVS in *Jurispr. F. cap. V.* § 18. regulam quoque ad res mobiles certa ratione applicat: quatenus scilicet res mobiles ciuili aestimatione ad res immobiles referuntur.

nullam alienationis speciem continet; sed ius, vasallo iam in beneficio competens, duntaxat rite confirmat. Quare & minor 25 annis, modo 18 sit annorum, solus hanc potest perficere (d).

CAPVT. VI.
DE PERSONIS, FEVDI ACQVIRENDI CAPACIBVS.

§. I.

Feudorum qui capaces?

Feudi accipiendi quemlibet capacem Doctores pronuntiant, *qui iure non prohibeatur*. Scilicet vbi prohibitio deficit, omnes acquirere possunt feuda: Filii familias, impuberes etiam ac minores, nec non furiosi, aliisque defectibus laborantes (a). Licet autem specialis a feudorum acquisitione exclusio non possit demonstrari; id tamen extra dubium est positum, sufficere eiusmodi conditionem, quae in vniversum acquisitionis incapacem reddit hominem in ciuitate.

§. II.

(d) *II. F* 3. it. 91.

(a) G. A. STRVVII *Synt. J. F. cap. V. thes.* 12. *sqq.* STRYKII *E. J. F. cap. VI. qu.* 10. *seqq.* COCCEII *J. F. tit. IV.* §. 8. *sqq.* HORNII *J. F. cap. V.* §. 26. *sqq.*

§. II.

Quo referimus proſcriptos, quippe quibus omni iure ciuitatis, omnique adeo etiam per ciuitatem acquiſitione, tam feudorum, quam allodiorum, eſt interdictum. *De Proſcriptis.*

§. III.

Cum his non ſolum Pontificii, ſed & non pauci Proteſtantes, & hi quidem iure in primis Iuſtinianeo, perperam abuſi, comparant hæreticos; quippe indigniſſimos vulgo habitos, qui vel minimam terrarum portiunculam inter Orthodoxos poſſideant (b). Noſtri certe Imperii lex fundamentalis, Pacificatio Oſnabrugenſis, hæreticos, ſenſu iuris publici Germanici tales, nempe qui a triga religionum, publice per Imperium Romano-Germanicum hac transactione receptarum, ſecedunt, iuris ciuitatis exſules declarat (c). Vnde *De hæreticis.*

(b) Vid. CARPZOVII *diſput feud. III* §. 45. nec non *Iurispr. eccleſ. lib. II. def.* 266.

(c) Senſu theologico quippe, & iuris canonici, hæreticus audit *Chriſtianus, qui in fundamento fidei*, ſeu articulis, quos vocant, fundamentalibus, *pertinaciter errat.* Quo ſenſu Pontificii in Germania quoque Euangelicos atque hi illos viciſſim hæreticorum loco non poſſunt non habere; quoniam in articulis fidei fundamentalibus ſibi ſtrenue contradicunt.

de merito concludimus, nec tales feuda Imperii poſſe acquirere. Vtrum autem hæc ad particulare ius ciuitatis, in ſpecialibus Germaniæ rebus publicis acquirendum, applicanda ſit ſanctio, ita quidem, vt & quilibet territorii dominus tales recipere, protegere eorumque nonnullos, de republica bene meritos, beneficiis ornare omnino prohibeatur; ea alia eſt quæſtio, ad quam non eadem omnes ratione reſpondebunt (d). Mihi ſententia eorum arridet, qui inter *tolerantiam* publicam *vniuerſalem* & *particularem* in ſpeciali territorio diſtinguunt.

§. IV.

De excommunicatis. Pari numero cenſentur excommunicati (e). Quod vti de excommunicatione maiori eſt intelligendum; quippe quæ, ex regula iuris canonici, eo quoque effectu ciuili eſt conſpicua, vt & a communione iurium ciuilium excludat: ita profecto ſatis liquet, ab vſu territoriorum Proteſtantium hoc eſſe alienum; quum eccleſia Euangelica partes

(d) Vide interea HENNIGESIVM in *meditat. ad Pacem Osnabrugenſ. c. l.* It. THOMASIVM in *notis ad Monzamb. cap. V.* § 12. *lit.* (*r*) *p.* 404. *edit. recent.* nec non TITIVM *ad cit.* §. *lit* R. Illuſtr. Dn. BÖHMERI *diſſ. de toler.*

(e) STRYKII *E. J. F. cap. VI. qu.* 23.

res Imperii ſibi non vindicet, ſed ſummis potius Imperantibus, prout par eſt, ſartas tectasque conſeruet (f).

§. V.

De infamibus

Prohibentur porro infames, illi nimirum, qui infamia iuris laborant, (ehrloſe und anrüchtige Leute,) quos vaſallorum honoratiorum numero adſcriptos fuiſſe, nemo vnquam fando potuit audire. Interea tamen hæc ſummum Imperantem, vbi certa obſeruantia vel ſingulares cum ſtatibus conuentiones deficiunt, neutiquam poſſunt impedire, quo minus ciui, iuſta de cauſa famæ integritatem reſtituat, ſimulque beneficii nobilis honorem largiatur. Quod poſtremum ſicubi factum alicubi fuerit a ſummo Principe, maculæ illius non ignaro, fama eo ipſo vel tacite reſtituta merito cenſebitur (g).

§. VI.

(f) De excommunicationis huius indole, nec non vſu atque abuſu egi prolixius in *iurispr. eccleſ. lib. I. cap. VI. p.* 211. - - 244. Quid? quod eadem in eccleſiis Euangelicis aut initio non recepta, aut in deſuetudinem abiit; fruſtra huius fulminis iacturam dolentibus, nonnullis Doctoribus noſtris; quorum tamen cauſam ſtrenue egit FECHTIVS in prolixiori tractatu *de excommunicatione.*

(g) De infamibus, feudorum ex ordine incapacibus, vide *lib. vet. de benefic.* §. 4. verbis *iure*

§. VI.

De illegitimis, clericis ac plebeiis. Omnes præterea illegitime natos, itemque clericos ac plebeios, quin & mulieres proxime adducta iuris feudalis Germanici capita beneficiorum expertes disertis verbis pronuntiant. Illegitime enim natorum ea semper in Germania conditio fuit, vt plebeiorum loco non solum habiti, sed & macula præterea laborauerint singulari, quæ non potuit non nobilium beneficiis ipsos reddere indignos. Verum & hanc regulam, præsertim in Principum nothis, exceptionem pati, paucis, opinor, erit obscurum.

§. VII.

De peregrinis. Peregrinos, qua tales, feudorum etiam incapaces esse, facillime intelligitur. Simulac vero in numerum Vasallorum a summo Principe recipiuntur, eo ipso quoque iure ciuitatis sunt donati. Sic v. g. per pacificationem Westphalicam *Reginæ Suecorum*, cui nullus huc

iure carentes; qui in margine editionis Thomasianæ vocantur infames; rechtlose. *J. F. S. cap.* 2. *voc.* die rechtes darben, siue, vt alius codex Ludouicianus habet, alle rechtlos. Quantum ad codicem *J. F. A.* vernaculum, hic nullam eorum facit mentionem; quam tamen SCHILTERVS in *versione latina* exhibet *cap.* 1. *§.* 4.

huc vsque cum Imperio nexus fuerat, aliquot Imperii feuda ſunt relicta. Pariter quoque Duci MARLBOROVGHIO Principatus Mindelheimenſis beneficii lege concedebatur (h).

§. VIII.

Et quamuis monachorum non ſpeciatim meminerint; nullum tamen eſt dubium, quin ſub generali clericorum notione potuerint collocari; quum aliunde conſtet, monachos, initio laicæ ſortis homines, pedetentim etiam clericatus honore eſſe mactatos. Huc accedit, quod monachi, ſolitariam agere vitam, atque a ſecularibus negotiis ſibi temperare, omnique in primis proprietate carere, per canones eccleſiaſticos iubeantur. Nihilominus tamen, teſte nouimus experientia, Imperii noſtri Abbates, licet e monachorum cœtu ad hanc dignitatem euectos, Vaſallorum quoque Imperii honore, iuribusque gaudere. Nec dubium eſt; quin ſimilis contigerit fortuna nonnullis cœnobiorum prouincialium Præfectis. Siue autem imperiales ſint, ſiue prouinciales; hoc certum eſt, eos ſaltem ex parte eſſe

De monachis.

(h) Conf. Illuſtr. Dn. MOSERVS a FILSECK in der Einleitung zum Reichs-Hof-Raths-Proceß cap. II. §. 61. p. 241. ſeq.

esse Pro-Vasallos, (Lehnträger) ac cœnobiorum, quibus præsunt, quibusque beneficia data, locum tenere.

§. IX.

De clericis secularibus. Clerici seculares, qui Pontificiis audiunt, licet sibi quid habere potuerint semper; ideo tamen a feudorum acquisitione initio fuere exclusi, quod neque officiis aulicis, neque ministeriis militaribus, quorum intuitu beneficia primum data, fungi potuere. Non paucis præterea quoque impedimento fuit plebeii ortus fortuna. Verum diu iam & hac in re mutatio contigit, ita quidem, vt lippis atque tonsoribus sit notissimum, clericos non solum feuda equestria, sed & regalia per Germaniam tenere. Cuius mutationis origines *a Carolingorum ætate* (modo iurium regalium separetur exercitium,) merito ducimus (i).

§. X.

De mulieribus. Quæ clericos, eadem & mulieres feudorum expertes esse iussit clericorum ac

(i) Quare & *J. F. A.* regulam ante positam deinde *cap. III.* §. 2. limitat, ac, quemlibet clericum, originis equestris, posse vtique feudum tenere, disertis verbis testatur. Conf. 2. *F.* 40. §. *vlt.* SCHILTERI *commentar. ad J. F. A. cap. I.* §. 4. *seqq.* It. *cap. III.* HORNII *J. F. cap. V.* §. 29.

ac ministeriorum, illis iunctorum, ratio. Interea tamen & feuda fœminina tandem orta, de quibus infra agendi erit occasio (k)

§. XI.

Nec in plebeiæ sortis hominibus potior mihi ratio exclusionis alia liquet, quam quæ a nobiliori primorum beneficiorum ac ministeriorum indole desumitur. Verum quemadmodum & feuda ignobilia successere; ita pedetentim & beneficiorum equestrium emtiones ignobilibus permissæ, religione expeditionum cruciatarum ansam præbente (l). Quid? quod nostra ætate vel rustico, facultatibus abundanti, eiusmodi beneficium nummis sibi comparare, in nonnullis locis fas est integrumque (m). *De plebeiis.*

§. XII.

Ipsa interim iura feudalia, paulo ante citata, eam regulæ mox adiiciunt limitationem, vt Domino integrum sit, inten- *Limitatio regulæ de incapacibus.*

(k) Limitationem *J. F. A.* exponit SCHILTERVS in *commentar. ad cap. III.* §. 7. Add. HORN. *cit. cap.* §. 30.

(l) Quod ALTESERRA *de feudis Gall. cap.* X, *pluribus ostendit.*

(m) Vid. L. B. de COCCEII *diss. de eo, quod iustum est circa rusticos in mat. feud.* HORN. *cit. cap.* §. 27. 28.

interdum & alicui incapacium concedere beneficium; ita tamen, ne in hæredes possit id ipsum transmittere acquirens, nec cum Paribus curiæ sententias ferre, nec in caussis feudalibus testimonium perhibere; licet idem Dominus, a quo beneficium præter regulam acceperit, talem nequeat repudiare (n).

§. XIII.

De clypeis militaribus.

Ceterum antiquiora iura feudalia Germanica certos vasallorum ordines, quibus feuda conferri possint, numerarunt, ac per septem clypeos militares (Herrschilde) disposuerunt (o). Atque ordo

(n) *J. F. A. cap. I.* circa fin. Quod vero transmissionem in hæredes permittit; nisi forte particula negatiua ibi omissa. Conf. SCHILT. *comment, ad cap. I.* §. 27. 28.

(o) Septem clypeos militares copiosius exponit SCHILTERVS in *comment ad J. F. A. cap. I.* Ex *libr. vet. de benef.* hic pertinent *cap.* 2. & 3. Ex *J. F. S. cap. I.* atque ex *iur. Sax. prou. art.* 3. qui perfectior. Conf. Illustr. quondam de COCCEII *dissert. de potestate statuum Imper. circa dignitates, cap. II.* §. 31. BEYERI *delineat. iur. Germ. libr.* I. *cap. X. num.* 21. *sqq.* Ambo tamen cum OCKELIO, (cuius sententiam vltimus eorum pariter exponit,) numerum clypeorum septenarium turbant, ac secundum & tertium in vnum conpingunt; licet ex genuinis historiarum monumentis constet, iam Merouidarum ætate

ordo hic eſt: 1) Rex Romanorum. 2) Epiſcopi & Principes Eccleſiaſtici. 3) Principes ſeculares. 4) Domini liberi. 5) Domini medioximi, die Mittel-Freyen. 6) Miniſteriales. 7) die Semperleute.

§. XIV.

Exhibent autem adducti clypei, præter ſupremum Dominum, ordines tantum militum, ſeu vaſallorum; minime vero gradus nobilitatis. Primo etenim homines ſeptimi clypei Germanæ nobilitati nemo cum ratione adſcripſerit. Præterea nec Duces ſeculares antiquiores, in primis eos, quos Archi-Officiales vocare ſolemus, quisquam rerum Germanicarum gnarus Principibus eccleſiaſticis ſine diſcrimine gradu nobilitatis poſtponet; quippe quod in ordine clypeorum militarium ideo factum, quoniam Principes ſeculares Epiſcoporum pedetentim euaſerant Vaſalli, atque adeo, ex ratione iuris feudalis, Epiſcopis, velut Dominis directis, gradu inferiores (p). *Differunt a gradibus nobilitatis.*

§. XV.

ætate Principes fuiſſe eccleſiaſticos, eosque ſeparatas a Principibus ſecularibus habuiſſe rationes.

(p) Per *tit. iur. German. cap.*

§. XV.

1) *De Rege.* Primum Rex clypeum hic occupat; non tam ea de causa, quod omnium in republica sua sit nobilissimus, ac fons velut, ex quo nobilitas in ciues quasi redundet; sed potius, quod caput omnium vasallorum suæ civitatis supremum, seu summus miles existat. Quatenus autem Germaniæ Rex Imperii beneficia tenet varii ordinis, eatenus & inferioribus clypeis feudalibus est adscribendus. Neque dubium mihi est, quin Augustissimus *Imperator* noster ex vero, ac sine Maiestatis sua læsione, modo diuersæ, quas agit, personæ caute distinguantur, *Imperii Vasallus* dici queat; quum sine negotio solui possint nodi, quos nectunt dissentientes (q).

§. XVI.

(q) Hi in medium producti ITTERO de *feud. Jmp. cap. V.* §. 1. Adde LIMNÆVM *ad capit. Ferdin. IV. art.* 31; nec non *capitulat.* IOSEPHI *art.* 30. *ibique Anonymi mediationes*; vt & NITZSCHII *commentar. ad cit. art.* §. 6. CAROLI VI. *cap. art.* X. prope a fine, ibique Auctorem der gegenwärtigen Verfassung der Käyserl. Regierung ꝛc. *p.* 92. *sub lit.* (*k*) LVNIGII *corpus iur. feud. Germ. Tom. I. n. LXX. p.* 109. *seq.*

§. XVI.

Videtur iuris feudalis textus (r) hic admodum obſtare; quippe ex quo elucet, electum Imperatorem non poſſe retinere Ducatum feudalem, quem ante acquiſiuerit. Sed ſalua res eſt: *Ex facto* enim, inquit Feudiſta, *incidiſſe ſcio*, FRIDERICVM, *Principem noſtrum, quum ab initio Dux eſſet, & pro Ducatu fidelitatem faceret, diuino nutu poſtea Imperatorem creatum, petita ab eo fidelitate, petenti Domino reſpondiſſe:* non teneri ſe fidelitatem facere, cum omne hominum genus ſibi fidelitatem debeat. Scilicet ſcrupulus hic omnis inde oritur, ſi negligatur *diſtinctio inter feudum immediatum* ac *mediatum.* Imperatores Germaniæ, in Imperiale ſolium euectos, feuda Imperii immediata inuitos amittere debere, & rationi repugnat, & perpetuæ aduerſum eſt obſeruantiæ. Verum penitior capituli adducti inſpectio abunde docet, quæſtionem, in ſpecie propoſita, de Ducatu fuiſſe mediato, atque in Italia extitiſſe, ac prudentes Longobardiæ benignam tuliſſe ſententiam: *vel feudum eſſe amiſſum, vel alium Ducem in Ducatu conſtituendum, qui feudo ſerui-* re

Dubium ex 2.F.100 ſoluitur.

(r) II. F. 100.

re debeat, & Domino fidelitatem faciat (s).

§. XVII.

De Principibus ecclesiasticis. Veteres Germanos, ethnicos pariter, ac deinde Christianos, summo sacerdotes honore esse prosequutos; atque Episcopos Merouidarum iam aetate Principum fulsisse honoribus, officio Regni publico in regendis ecclesiis instructos, cancellisque Augustalibus praefectos, iurisque comitiorum participes; id quidem alibi iam est demonstratum (t). Qui eorum cultus insignis dubio procul etiam effecit, vt tandem & Principes Imperii seculares, vel maximi, veluti antiquiores Archi-Officiales seculares, Episcopis nexu clientelari se obnoxios reddiderint, beneficia & offerendo & accipiendo.

§. XVIII.

3) De Principibus secularibus. Quantum ad tertium clypeum, paucis notamus, eo pertinuere Duces & Principes, Principis nomen vetustiori stylo curiali, signat dignitatem ordinis; (den Fürsten-Stand;) Ducis vocabulum eminentius Regni officium, (das hohe

(s) Vid. V. C. GEO. CHR. GEBAVERVS in *obseru. ad* SCHILTERI *instit. iur. feud. cap. IX.* §. 12.

(t) Nempe in *dissertat. m. de origine ac prima indole feud. Imp. sub primis Francorum Regibus*, §. 19.

hohe Reichs-Amt,) cui Princeps erat præfectus (u). Recentioribus autem creatis Ducibus non paucis, alia cœpit esse rerum facies, ac tandem desiit esse nomen officii, hoc in dignitatem conuerso; qua de re iuris publici doctrina pluribus.

§. XIX.

Dominorum liberorum, qui quartum clypeum militarem tenent, vocabulum pariter Nobilitatis ordinem (den Frey-Herrn-Stand) explicat. Ex quo ordine qui ad officium Regni, iuris per certum tractum Regis nomine reddendi potestatem potissimum complexum, quondam promouebantur, singulari Comitum nomine (der Graven,) insigniti (x). Quæ quum ita sint, merito notandus videri posset SCHILTERVS, qui (y) Comites a Baronibus, seu liberis Dynastis, adeo distinguit, vt hos quinto demum clypeo adscripserit. Sed salua res est: Barones etenim ipsi hic alii sunt, quam liberi Dynastæ; qua de re tamen mentem non perspicue satis exposuit, 4) *De Dominis liberis.*

(u) Vid. *cit. diss.* §. 15. *seq.*
(x) De quibus dixi *cit. diss.* §. 17. *seqq.* Adde Illustris quondam de COCCEII *J. P. cap. XV. sect. III.*
(y) In *instit. iur. feud. cap. IV.* §. 4. It. in *comment. ad J. F. A. cap. I.* §. 13. *seqq.*

re debeat, & Domino fidelitatem faciat (s).

§. XVII.

De Principibus ecclesiasticis.

Veteres Germanos, ethnicos pariter, ac deinde Christianos, summo sacerdotes honore esse prosequutos; atque Episcopos Merouidarum iam aetate Principum fulsisse honoribus, officio Regni publico in regendis ecclesiis instructos, cancellisque Augustalibus praefectos, iurisque comitiorum participes; id quidem alibi iam est demonstratum (t). Qui eorum cultus insignis dubio procul etiam effecit, vt tandem & Principes Imperii seculares, vel maximi, veluti antiquiores Archi-Officiales seculares, Episcopis nexu clientelari se obnoxios reddiderint, beneficia & offerendo & accipiendo.

§. XVIII.

3) De Principibus secularibus.

Quantum ad tertium clypeum, paucis notamus, eo pertinuere Duces & Principes, Principis nomen vetustiori stylo curiali, signat dignitatem ordinis; (den Fürsten-Stand;) Ducis vocabulum eminentius Regni officium, (das hohe

(s) Vid. V. C. GEO. CHR. GEBAVERVS in *obseru. ad* SCHILTERI *instit. iur. feud. cap. IX.* §. 12.

(t) Nempe in *dissertat. m. de origine ac prima indole feud. Imp. sub primis Francorum Regibus*, §. 19.

hohe Reichs-Amt,) cui Princeps erat præfectus (u). Recentioribus autem creatis Ducibus non paucis, alia cœpit esse rerum facies, ac tandem desiit esse nomen officii, hoc in dignitatem conversο; qua de re iuris publici doctrina pluribus.

§. XIX.

Dominorum liberorum, qui quartum clypeum militarem tenent, vocabulum pariter Nobilitatis ordinem (den Frey-Herrn-Stand) explicat. Ex quo ordine qui ad officium Regni, iuris per certum tractum Regis nomine reddendi potestatem potissimum complexum, quondam promouebantur, singulari Comitum nomine (der Graven,) insigniti (x). Quæ quum ita sint, merito notandus videri posset SCHILTERVS, qui (y) Comites a Baronibus, seu liberis Dynastis, adeo distinguit, vt hos quinto demum clypeo adscripserit. Sed salua res est: Barones etenim ipsi hic alii sunt, quam liberi Dynastæ; qua de re tamen mentem non perspicue satis exposuit, 4) *De Dominis liberis.*

(u) Vid. *cit. diss.* §. 15. *seq.*

(x) De quibus dixi *cit. diss.* §. 17. *seqq.* Adde Illustris quondam de COCCEII *J. P. cap. XV. sect. III.*

(y) In *instit. iur. feud. cap. IV.* §. 4. It. in *comment. ad J. F. A. cap. I.* §. 13. *seqq.*

expoſuit. Id interea nemo harum rerum peritus inficias ibit, Baronis nomen non vno eodemque ſemper ſignificatu eſſe vſurpatum. Nunc quemlibet notauit virum fortem ac nobilem; mox omnes Regni Proceres ac Primates eo deſignati; iterum alii, a Principibus, Comitibus liberisque ſatrapis diſtincti; quid? quod denique & Procerum ſpeciatim filii (z). Quare non licet concludere: hic vocatur Dominus ergo Baro. Non enim ferendi ſunt, qui Dominis Ruſſis, Limpurgicis, Rappoltſteiniis, vellent addere titulum Baronis. Scilicet tempora mutantur, & cum his etiam tituli, præter alia hominum inſtituta, vt nempe vulgaria vileſcant.

§. XX.

5) *De liberis medioxumis.* Quintum itaque melius occupare clypeum mihi videntur comites æque ac Barones, eam ſtatus mutationem paſſi, vt Ducibus aliisque ſtatibus potentioribus perfecta ſubiectione ciuili redditi fuerint obnoxii; die da Landſäſſig

(z) DV FRESNE in *gloſſar. voc. Baro.* GVNDLINGIVS *de feud. vexilli* §. 23. nec non in *diſſ. de ventre non nobilitante cap. II.* §. 5. *ſeqq.* BOECLERVS in *notitia S. R. J. libr. IX. cap. I.*

ſig worden; (aa) vel etiam alterutro parente Landſaſſio, vt vocant, prognati (bb). Hi medioxumi dicuntur, quod medii fuere inter liberos ſummos, Hohen Freyen, Semper-Freyen (cc), nempe

(aa) Sub Imperatoribus Sueuis, aucta magis magisque Ducum potentia, eam contigiſſe rerum conuerſionem, vt Comites ac Dynaſtæ non pauci in ſubiectionem ab illis fuerint redacti; ſalua ceteris atauita libertate, ſaluo comitiorum Imperialium iure, ſaluis iuribus regalibus, ac præcipuis aliis; perdocte ex genuinis monumentis explicat atque illuſtrat V. C. IO. ADAMVS KOPPIVS in *tr. iur. publ. de inſigni differentia inter S. R. J. Comites & Nobiles immediatos, Sect. I.* §. 19. 20. 21. 22.

(bb) Quod poſtremum SCHILTERVS illuſtrat in *comment. ad cit. cap. I.* §. 14.

(cc) Vocabulum *Semper-Freye* idem eſt, ac Sendbar Freye; inter liberos Præcipui, quorum auctoritate atque opera in grauiſſimis Reges vſi ſunt cauſis, quosque haud raro ad concilia, nec non in prouincias quondam miſere, vt negotia ardua, tum eccleſiaſtica, tum politica, inſpicerent componerentque. Poſtea vero, quum etiam mediati Ducum Principumque vaſalli liberorum Dominorum elogio mactati incederent, contigit, vt Dynaſtæ, vere liberi atque a nexu eiusmodi immunes, Semper-Freye ſint appallati, veluti *Limburgenſes, Leiningenſes* &c. SCHILTERVS in *comment. ad cap. I.* §. 16-19. CVNDLINGIVS *de feudis vexilli*, §. 23.

pe Principes liberosque Dominos (dd), atque inter liberos inferiores; quod nomen

(dd) Horum classi, quartoque adeo etiam clypeo; nobiles immediatos, cum aliis horum causæ patronis, in nimio peccantibus, nuper adscripsit V. C. AD. FRIDER. GLAFEY in *commentatione de vera quondam Ministerialium indole Libr. II. cap. VI. Sect. II. §. 6. seqq.* Quam sententiam, (minime Auctorem quippe cum quo eodem anno 1724 sua publicæ lucis fecit;) ex instituto confutauit, laudatus paulo ante KOPPIVS. Scilicet ostendit ac demonstrat pluribus, Nobiles, quos vocamus, Immediatos MEROVINGORVM æuo tales non fuisse; quinimo nec Nobilium quidem nomen, quippe superioribus tunc proprium, gessisse; sed liberorum atque ingenuorum vocabulis compellatos fuisse; meros egisse subditos, allodiorum suorum possessores; nec tamen a seruitiis militaribus immunes, Comitibus etiam domi militiæque subiectos. *Sect. I. §. 5. 6.* CAROLIDARVM ætate liberorum hominum nomine nobiles inferioris ordinis adhuc venisse; Vasallos Procerum euasisse; Comitibusque, vt talibus, ac præterea vt Senioribus Dominis que beneficiariis subfuisse. §. 9. Hanc nobilitatis inferioris faciem & Imperatorum SAXONVM periodo perdurasse; qua pleramque liberi homines dicti *milites*: alii *agrarii*, qui in agris habitauerint; alii *Patricii*, qui in vrbes migrauerint; alii *Ministeriales*, qui in Aulis ministeria præstiterint. §. 15. Conf. GVNDLINGII *Henricus Auceps, p.* 121. *it.* 137. *seqq*

men posterius complectitur ingenuos (ee), frey gebohrne Landsassen, seu omnes ex

seqq. Subsequuto FRANCORVM Imperio, diversam vtique a Comitibus ac Dynastarum Ordine mansisse ordinis equestris conditionem, intuitu militiæ, subiectionis, iudiciorum, ac pœnarum §. 18. Nec sub SVEVICIS denique Imperatoribus, nec ætate recentiori, distinctionem hanc omnino exspirasse; licet tunc temporis ex ordine Equestri oriri cœperit Nobilitas immediata; occasionem præbente Ducum Sueuiæ interitu; magno Germaniæ interregno; turbidarum diffidationum calamitate; vsuque militiæ mercenariæ frequentiori §. 24 *seqq.* Add. *Sect. II. & III.*

(ee) Nomine ingenuorum quondam venisse nobiles inferioris ordinis, extra dubium apud rei peritos est positum. Aliis euoluendus CAROLVS du FRESNE in *Glossar.* voce *Ingenuus.* Conferatur GVNDLINGII *diss. de ventre non nobilitante*, *cap. II.* §. 1-9. vbi TACITI locus (ex *cap.* 25. *de M. G.*) de Nobilibus atque Ingenuis illustratus, simulque ostensum, NITHARDVM, EGINHARDVM, atque ADAMVM BREMENSEM cum illo conspirare. HADRIANI VALESII quoque, nec non HERTII sententia sub examen reuocata, atque ab huius obiectionibus THOMASII opinio de hominum apud Francos, ordinibus, (quam in *diss. de orig feud. in not. ad* §. 14. *sub* (*e*). proposuit, atque in *diss. de distinctione hominum in ingenuos & libertinos, cap. II.* §. 14. *seqq.* illustrauit vlterius,) defensa. Addatur EYBENII *diss. de titulo nobilis.* PFEFFINGERI

ex ordine equeſtri, a nexu Miniſterialium der Edlen Knechte, immunes.

§. XXI.

6) De Miniſterialibus.

Sextum clypeum militarem SCHILTERUS (ff) illuſtrauit, atque huc retulit omnes nobiles mediatos, ne quidem Comitibus Baronibusue exceptis, quibus beneficia data a Regni Proceribus (gg). Ego interea, quid ſentiam, paucis perſpicue exponam. Scilicet ſeparandi ab hoc loco omnino ſunt Miniſteriales, in ſenſu excellentiori, hoc interdum nomine compellati, quippe qui non ſeruiebant; ſed officiis Regni vel ſummis aulæ miniſteriis erant perfecti (hh).

§. XXII.

FINGERI *Vitriar. illuſtr. libr. I. tit. XX. ad §. 6. p. 856 ſeqq. Vol 2.*

(ff) *In comment. ad cap. I. J. F. A §. 20. ſeqq.*

(gg) Multa, quæ huc faciunt, lectu digniſſima, habet CAROLVS du FRESNE in *gloſſar.* ſub voce *Miniſteriales.* PFEFFING. *cit* paulo ante *loco*, itemque ad *libr. I. tit. XXII. p.* (976) *ſeqq.* BECKIVS *de paribus Reip. Miniſtri & Vaſalli iuribus.* V.C. ADAM. FRIDER. GLAFEY in *cit. comment. de vera miniſterialium indole;* it. V. C. ESTOR, *de Miniſterialibus.*

(hh) Quo facto, cauendum quoque eſt, ne hominum propriorum atque inferiorum Miniſterialium, qui huius ſunt loci, conditionem perperam miſceamus, cum HERTIO in *diſſ.*

§. XXII.

Septimo tandem clypeo collocati sunt homines, qui dicuntur Semper-Leute. Quod vocabulum dubio procul per scribentium incuriam est corruptum, rectiusque igitur scribitur: sendbare Leute. Hi autem vero similiter ita dicti sunt a Send; quæ vox *synodos archidiaconales*, ob morum censuram passim institutas, (Send-Gerichte,) denotauit. Qui vero eiusmodi Synodis Assessores interesse potuerunt, dicti sunt, sendter Leute, item sendbare Leute. Hi quidem equestris non fuere conditionis; ob morum tamen honestatem, atque intuitu huius, ad quod 7) *qui per-ll vocat*

diss. *de homin. propr. sect.* 4. quæ *de seruis nobilibus* inscripta. Horum enim nomine intelligimus ingenuos, inferiori, tum in castris, tum præcipue in aula, ministerio functos; hominum genus, quod inter nobiles atque infimos seruos quondam erat medium. Conferatur auctor *de beneficiis* §. 130. GVNDLINGIVS in *diss. de Henrico Aucupe* §. 28. schema exhibet clyp. *p.* 140. it. V. C. ESTOR *de minist. obs. ad Glas. p.* 57. *it. p.* 28. *seqq.* von Dienst-Herren und Dienstmannen. TELGMANN *tract. de Vasall. p.* 127. *c*) *seqq.* ostendit, non fuisse seruos. Iam sec. XIV. cœpit hoc nomen sordere. NOODTIVS *de orig. nob. p.* 27. *seqq.* THOMAS. *de orig feud.* §. 83. *lit. g. it.* §. 14. Add. POLYCARPI LEYSERI *diss. de seruis nobilibus*

quod admissi sunt, officii, feudorum quoque habiti capaces. (ii)

§. XXIII.

inter Hinc nata pedetentim est distinctio inter feudum nobile atque ignobile. Illud quondam dicebatur, quod possessorem poterat habere non nisi nobilem. Hoc vero, quod ignobilem poterat habere possessorem (kk). Neque feudum inde dictum nobile, quod eius acquisitio possessorem nobilitauerit (ll); sed nobilitas perso-

næ

(ii) Conf. SCHILTERVS in *comment. ad J. F. A. cap. I. §* 23. *seqq.* It. V. C. KRESSIVS de *Archidiaconis cap. III.* inprimis §. 5. TELGMANNVS *de vasallis, cap. III. ad* §. 9. *not. a.* Quibus admodum esse concinna PHILIPPI IACOBI LAMBACHERI sententia, *esse hos homines præ ceteris honestiores ex populo*, (ansehnliche Leute aus dem Volcke, welche den Versammlungen und Zusammenkünfften der Schultheissen beywohnen dörffen,) in *dissertat. epistolica de ætate speculi Sueuici, deque significatu vocabuli Semper* - Leute rc. quæ Viennæ prodiit 1740.

(kk) Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG *in iur. feud. cap VII.* quo de hac agit distinctione.

(ll) Conf. MÜLLERI Staats-Cabinet, erste Eröffnung, *Cap. II.* it. Illustrissimus Dn. de BÜNAV *in examine dissertationum Neumanni a Pucholtz cap. III.* §. 9. Neque obstat textus *II. F.* 10, ibique verba, *qui de Ducatu inuestitus est, Dux solito more vocatur &c.* Nec *ius feud. Sax. cap. XXI.* Es höhet nichts des

Mannes

næ illius acquiſitionem antecedere debebat; quemadmodum pari ſe res modo habet in beneficiis eccleſiaſticis nobilibus. Moribus autem recentioribus feudum nobile audit, cui iunctum eſt ius nobilitatis realis. Hoc vero potiſſimum in immunitate ab oneribus vulgaribus; veluti ab onere tributorum, hoſpitationis militaris, nec non operarum ruſticarum, ſimiliumque; itemque in iurisdictione, iure foreſtali, et quæ forte ſunt alia, conſiſtit. Ignobile vero, quod iſtis iuribus prærogatiuis eſt deſtitutum. Quo pertinet feudum Burgenſe; veluti beneficium vrbanum, quod ciuis erat inueſtitus, vt in vrbe maneret, eamque in caſu neceſſitatis defenderet (mm).

§. XXIV.

Mannes Schild, noch ſeinen Adel, denn allein Fahnen-Lehen, ob ihm das geliehen wird. Nam textus iſti ea ratione ſunt explicandi, vt per Ducatum, Marchiam & Comitatum publica Regni officia intelligamus; quum ſatis conſtet, vocabula iſta hoc quondam ſenſu vſurpata fuiſſe.

(mm) STVRMIVS in *in differt. de vrbano beneficio*, vom Bürger-Lehen. VETVS AVCTOR *de benefic. Cap. III. §. 2.* Conf. *oeconomiſche Fama, tom. I. part. IX. n. 3. p. 78. ſeqq.* It. *part. V. n. 1.* von Bauer-Lehen.

§. XXIV.

Quid iuris ignob. possessori in feudu nobili?

Ignobilis itaque feudi nobilis possessor inprimis immunitate ista ab oneribus vulgaribus, aliisque nobilitatis realis iuribus, feudo equestri cohærentibus, gaudet; nisi forte horum aliquod ita sit comparatum, vt ad eius exercitium atauita quoque personæ nobilitas desideretur. Quo referunt, ex vsu constanti, ius sedis ac suffragii inter nobiles in comitiis prouincialibus, atque introitum in atrium equestre. Quod vti commune est; ita & alibi passim singularia occurrunt. *Sic lege Cliuo-Marcana* possessor eiusmodi ne quidem Dominus audit (Erb-Herr); sed tantum Einhaber des Ritter-Sitzes; ac ne iure quidem venandi, quod antecessor nobilis exercuit, vti potest; quippe quod potius interea quiescit dormitque, donec prædium ad nobilem aliquando redierit possessorem (nn).

§. XXV.

Origo & progressus feudorum nobilium, ab ignobilibus acquisitorum.

Feudorum nobilium in ignobiles translatorum origines merito ab expeditionibus cruciatis famosissimis repetuntur. Harum etenim causa Duces, Comites aliique milites, feuda distrahere coacti,

(nn) FELTMANNVS in *tract. de feudis cap. II. §. V. num.* 1. & 2.

coacti, ea et in ignobiles, vt eo facilius emtores haberent, alienarunt; idque edictis Pontificum Romanorum illius aeui suadentibus; quippe qui nihil non tentarunt, belli istius sacri promouendi studio; Principum inprimis indulgentia accedente (oo). Interea tamen, vniuersalem hunc non euasisse morem, constat. Hinc CAROLVS IV. *priuilegio singulari, oppidis Thuringiae ac Misniae* demum indulsit, vt ciues eorum feuda, quae *Quiritibus* proprie debeantur, acquirere possent (pp). Simile priuilegium idem CAROLVS contulit Spirensibus: daß sie Lehnbahr seyn und Urtheil sprechen mögen mit den Rittern (qq). Quid? quod & in variis Germaniae prouinciis hodienum ignobilibus feudorum equestrium acquisitio legibus publicis est interdicta (rr).

§. XXVI.

(oo) ALTESERRA *de feudis Galliae cap.* X.

(pp) SCHILTERVS *ad rubricam iur. feud. Alem.* integrum adduxit priuilegium.

(qq) LEHMANNVS in *Chron. Spir. lib. VII. cap. XLI.*

(rr) De *Saxonia Elect.* testatur *Recessus prouinc.* d. d. 17. April anni 1666; licet non semper seruatus. De *Lusatia* vid. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *different. iur. Lusat. & commun. different.* 8. De *Pomerania* Brandenburgica & *Principatu Camminensi*, Lehens-Constitution de anno 1691. *tit. II.* §. 1. apud LV-

§. XXVI.

Feudum praesumitur ignobile. Quae quum ita se habeant, feudum, ab ignobili possessum, in dubio, saltem hodie, tam diu recte censetur etiam ignobile, donec eiusdem nobilitas demonstretur, vel ex litteris clientelaribus, vel ex possessione immemoriali (ss).

§. XXVII.

Qui auctores feudorum nobilium? Et quamuis olim nobilitatem quoque hanc praediorum soli per Germaniam *Reges* atque Imperatores largiti sint; nullum tamen est dubium, quin, introducta superioritate territoriali perfecta, Principes etiam nostri, per sua territoria, eandem praediis tribuere, atque hoc modo feuda constituere nobilia queant.

§. XXVIII.

Classes Vasallorum Longobard. Iure feudali Longobardico vasalli 1) distinguuntur in *milites maiores* ac *minores* (tt). Milites maiores erant Duces, Marchiones & Comites. Minores vero

NIGIVM in *corp. iur. feud. German. tom. II. p.* 1086. De *Silesia* vid. Königl. Ober-Amts-Schreiben an die Königl. Aemter und Regierungen in Schlesien, daß niemand ein Adeliches Gut dominiotenus besitzen könne, bevor er sich zum Ritter, oder Herren-Stande legitimiret habe, de anno 1713. *ibid. p.* 263.

(ss) FELTMANNVS *cit. ante loco, num.* 3. 5. & 6.

(tt) *Lib. V. Feud. tit.* 1.

vero vasalli ex inferiori nobilitate. 2) In *Capitaneos* & *Valuasores*, eosque vel maiores, vel minores, vel minimos. *Capitanei* dicti sunt, qui a Capite Regni, seu a Rege, feuda proxime accipiebant regalia; qualia erant Ducatus, Marchiæ & Comitatus. *Valuasores maiores*, qui a Rege quidem pariter feuda proxime accipiebant; sed sine dignitate regali, qui & Capitanei minores dicti. *Valvasores minores*, qui feuda sua acceperant a Capitaneis. Valuasores denique minimi, seu *Valuasini*, qui a Valuasoribus minoribus sua tenebant feuda (uu).

§. XXIX.

Ordines eorum secundum mores nostros.

Hodie autem Germaniæ Vasalli distinguuntur in *immediatos*, qui proxime feuda sua accipiunt ab Imperatore atque Imperio; & *mediatos*, qui feuda sua proxime vel a statibus Imperii, vel a Landsassiis Dominis agnoscunt. Ordo enim Longobardicus ad Germanica feuda haud commode potest applicari (xx).

§. XXX.

(uu) *II. F.* 10. *II. F.* 55. §. 2. STRYVIVS in *syntagm. iur. feud. cap. III. thes. V. num.* 2. *seqq.* ITTERVS *de feud. Imp. cap. III.* §. 1.

(xx) ITTERVS *cit. cap.* §. 2.

§. XXX.

De Regibus, Germaniæ Vasallis. Inter Germaniæ vasallos Reges quoque numerati. 1) Reges quondam *Daniæ* OTTONIS M. tempore & porro nexu beneficiario subiectos fuisse, non vnus docuit historicorum (yy). 2) Idem OTTO M. in *Italiam* vocatus, BERENGARIVM Regem, qui cuncta per istud Regnum tyrannide repleuerat, deuicit, eundemque, cum filio ADELBERTO, in Germaniam secum duxit; vbi BERENGARIVS, in comitiis Augustanis, Regnum beneficii iure ab OTTONE recepit. Atque hoc modo Germaniæ Regno primum ius dominii directi in Italiæ Regnum est acquisitum; quoniam negotium hoc solo cum OTTONE M. non est actum; sed & cum Regni Germanici Ordinibus, in publicis comitiis (zz). 3) *Hun-*

(yy) Sententiam hanc a dubiis obiectis liberare nuper tentauit Illustr. Dn. de LVDEWIG in *iur. feud.*

(zz) Notatu dignus inprimis est locus REGINONIS in *Chronico lib. II. ad ann.* 952. „Eodem „anno conuentus Francorum, Saxonum, Ba„uarorum, Alemannorum & Longobardo„rum publicus, apud Augustanam vrbem agi„tur; vbi BERENGARIVS, cum filio suo ADEL„BERTO, Regiæ se per omnia *in vasallitium* „dedit dominationi.„ Conf. Illustr. Dn de LVDEWIG in *singularibus iur. publ. cap. II.* §. 32. *seqq. p.* 243. *seqq.*

3) *Hungariae* Rex, HENRICI III. tempore, in Germaniae clientelam concessit; sed, turbata sub HERICO IV. Germania, plenam istud Regnum libertatem resumsit. 4) *Bohemiae* Regnum in hunc vsque diem beneficiario nexu subesse Imperio, lippis atque tonsoribus notum est.

§. XXXI.

De ciuitatibus Imperii. Ceteri Imperii Vasalli sunt notissimi: Electores, Principes, Comites, Dynastae atque Nobiles immediati. Sed ciuitates Imperii ipsae neque feuda sunt Imperii, neque allodia (aaa).

§ XXXII.

Mediatorum vasallorum alii Schriftsassii, alii Amtsassii. Mediatorum denique Vasallorum alii in Saxonia et alibi passim audiunt Schriftsassii, qui nempe Cancellariae proxime subsunt, tanquam foro primae instantiae; alii Amtsassi, qui iurisdictionem Praefecturae in prima agnoscere instantia tenentur. Cum feudis autem amtsassiis nullatenus confundenda sunt feuda praefectorialia; (Amts-Lehn;) quippe quorum denominatio inde orta, quod a Praefecto Principis per inuestituram traduntur.

CAPVT

(aaa) Qua de re actum iam est supra *Cap. I.* §. 36.

CAPVT. VII.

DE MODIS ACQVIRENDI FEVDI, SIGILLATIM DE EXSPECTATIVA.

§. I.

De titulo ac modo acquir. generatim.

Quemadmodum alias in doctrina de acquirendo rerumdominio distinguere solemus inter *titulum*, & *modum acquirendi* proprie dictum; itemque inter modum acquirendi *originarium* & *deriuatiuum*: ita pariter istæ distinctiones ad feudorum acquisitiones sunt applicandæ. Titulus autem hic est causa (f. ratio) remota feudi acquirendi, quo nempe via tantum præparatur ad ius aliquod in feudo acquirendum. Quo pertinet 1) promissio, 2) oblatio, 3) delatio successionis feudalis, siue legitimæ, siue conuentionalis, siue testamentariæ. *Modus acquirendi* est causa (f. ratio) proxima iuris in feudo acquisiti; nempe actus, quo res quædam proxime in dominium feudale redigitur. Isque distinguitur in *originarium*; quo nempe ius feudi in rem aliquam primum introducitur et proxime constituitur; atque hic ex regula est inuestitura, seu feudi traditio; præter ordinem autem nonnunquam præscriptio. Modus acquirendi *deriuatiuus* autem dicitur, quo ius feudi iam constituti ab

vno

vno in alterum deriuatur; vt fit in alienatione et fucceffione.

§. II.

Quid exspectatiua, & quotuplex? Feudum vel *de præfenti* promittitur, vt aut ftatim tradatur, vel poft aliquod temporis interuallum; vt interea ius ad rem ftatim, perfecta conuentione, fit acquifitum; vel in futurum, in cafum nempe aperturæ incertum. Solent interdum Doctores exfpectatiuam confundere cum inueftitura de feudo nondum aperto (a); quod tamen maximopere eft cauendum; quum exfpectatiua non folum effe poffit, fed etiam fæpiffime fit fine inueftitura; quamuis eadem poffit inueftitura confirmari. *Eft* itaque *exfpectatiua fimplex nuda feudi promiffio, a Domino facta, in cafum aperturæ.* Quæ promiffio fi generalis fuerit: Das erfte Lehen, das uns wird eröffnet werden, exfpectatiua dicitur *generalis*, feu indeterminata; apud Saxones unbenant Geding, item vulgo Irrlehen; quæ tamen denominatio pofterior ex mero fcribentium errore quondam orta, ac tandem publicis etiam typis conferuata eft: loco enim ehrern (erftern) Lehen, perperam

(a) Prout STRYKIVS etiam in *Exam. iur. feud.* fecit.

ram scriptum est Irrlehen (b). Quodsi vero certum aliquod feudum in promissione speciatim sit nominatum, specialis, seu determinata audit exspectatiua, benannt Geding.

§. III.

Promissio in testamento facta.

Promissio feudi etiam fieri potest *in* testamento, quae & ipsa est tantum instar tituli; licet feudum mihi sit legatum. Constat equidem ex principiis iuris Romani, si praedium aliquod legatum sit, cuius proprietas penes defunctum fuit, eiusdem dominium statim ab obitu legantis ipso iure, & sine vlla traditione, transire in legatarium; licet omnino ignorantem, neque adeo volentem. Ex iis autem, quae iamiam dixi, eiusmodi legatum, quo praedium aliquod allodiale ita alicui legatum, vt feudi iure id ipsum habeat legatarius, patet, legatum hoc esse tantum instar tituli. Cuius

(b) Quod optime ostendit SCHILTERVS ex accuratiori quodam codice manuscripto iuris Sax. in *comment. ad ius feud. Alem.* c. 12. §. 6. Anno 1723. V. C. AVGVSTINVS LEYSERVS *diss. de iniquitate expectantiarum* edidit, easque omnes, tum feudales, tum ciuiles, tum ecclesiasticas, ob votum captandae mortis, reiecit. Sed postea eam aliquo modo temperatam *meditation. ad pand. tom. IV. in fin.* adiecit, sub rubro: *diss. de iniquitate & recto vsu exspectantiarum.*

ius rei hæc singularis est ratio, quod rei allodialis in feudum commutatio deside-ret, ex regula iuris feudalis, contractum feudalem, inter Dominum & vasallum perficiendum, intercedente inuestitura. Quare in iure feudali Longobardico (c) dicitur: *Sciendum est, feudum sine inuestitura nullo modo constitui posse.*

§. IV.

An consensu possessoris opus?

Possessoris autem consensu ad exspectatiuam opus haud est (d); quum ipsius non

(c) *I. F.* 25.

(d) *Ius feud. Sax. cap. XI.* §. 4. *II. F.* 26. § *moribus* 2. Ex quo & textus *I. F.* 27. explicandus. Vid. G. A. STRVVII *syntagma iur. feud. cap. VII.* §. 6. *Ius* autem *feudale Alemannicum cap.* 19. consensum vasalli desiderat. Cuius dispositionis hanc reddit rationem differentiæ B. G. STRVVIVS in *iurispr. feud cap. IX.* §. 5. *in not p.* 291. *edit. recent.* „quod in „Saxonia non ex iure agnationis, sed simul-„taneæ inuestituræ succedatur; secus iure A-„lemannico.„ Verum hæc differentiæ ratio a nostra quæstione est maxime aliena: nam 1) SCHILTERVS in *diss de sim. inuestit.* pluribus iam ostendit, per vniuersam Germaniam agnatis quondam necessariam fuisse simultaneam inuestituram; 2) neque hic est quæstio de successione feudali, quæ vel ipso iure locum habet, vel vi simultaneæ inuestituræ; sed de vera exspectatiua. Quare magis mihi arrident, quæ SCHILTERVS *ad cit. cap. in commentario* suo habet; scilicet rationem huius dispositionis

non interſit; ſed ius eius ſaluum maneat atque illæſum, & exſpectatiua effectum non habeat, niſi feudo aperto.

§. V.

Promiſſio debet eſſe conditionata. Promiſſionem in exſpectatiua oportet eſſe conditionatam, in caſum nempe aperturæ. Quodſi igitur pure promiſſa, nihil, ex regula, actum; quum natura negotii puram non admittat promiſſionem; atque hæc potius contradictionem inuoluat. Quamuis non nimis ſtricte verbis inhærendum; ſed potius ad mentem paciſcentium attendendum, adeo, vt, ſi ex negotii geſti momentis eluceat, eos in caſum futurum proſpexiſſe, licet non perſpicue ſatis ille ſit expreſſus, conuentio eorum valida pronuntianda (e).

§. VI.

poſitionis petendam eſſe a ſtatu Germaniæ, qui tunc fuerit, maxime turbulento; vnde poſſeſſori feudi non parum periculi metuendum fuerit ex promiſſione exſpectatiuæ; quum, poſita & diffidationum licentia, exſpectiuatus ex eiusmodi promiſſo facillime ius ſibi præſens fingere, & ſic poſſeſſorem armata manu expellere potuerit. Iure feudali *Bohemico* requiritur, vt exſpectatiua (die Fälligkeit, quo vocabulo ibi deſignata,) in ciuitate proxima promulgetur; ad explorandum contradictorem. LVNIGIVS in *corp. iur. feud. Germ. tom. II. p. 231. ſeq F. 65. ſeqq.*

(e) *II. F. 35.* G. A. STRVVIVS *cit. cap.* §. 5. *n.* 1. & 2.

§. VI.

Conditio alia est generalis; veluti, quandocunque apertum fuerit; vel specialis; v. g. si possessor sine liberis decesserit, & quae sunt generis eiusdem. *Conditio alia generalis, alia specialis.* Specialem vero conditionem speciatim quoque oportet extitisse; veluti, si possessor decesserit sine liberis: alias enim exspirat exspectatiua; ac feudum ad Dominum redit, quod Vasallus alio modo, veluti felonia, amisit. Et quidem hoc adeo verum putatur, vt, licet Vasallus postea sine liberis decesserit, feudum nihilominus apud Dominum manere debeat, ne Dominus iure ex felonia quaesito carere teneatur (f). Verum mihi contraria arridet sententia: nam 1) conditio deinde speciatim est impleta; nec 2) Dominus iure ex felonia quaesito caruit; sed eodem interea vsus est, liberis superstitibus. Quemadmodum autem, hoc sine descendentibus extincto, iuri agnatorum Dominus non potest nocere: ita nec iuri, exspectiuato ex promissione quaesito.

§. VII.

Si promissio legitime facta fuerit, exspectiuato ius in personam inde oritur, vi *De effectu exspectatiuae.*

(f) G. A. STRVVIVS in *synt. iur. feud. cap. VII.* §. 5. *n.* 7. & 8.

1) *Simplicis.* vi cuius ipse non solum, sed & heredes eius feudorum capaces, a Domino, qui promisit, atque interdum quoqne ab eius successore, feudum apertum petere possunt; atque Dominus ad feudum hoc tradendum iure adeo tenetur, vt ne quidem, præstando id, quod interest, ex regula, ab hac obligatione se possit liberare (g).

§. VIII.

2) *Inuestituræ confirmatæ.* Multo igitur magis ei ius firmum est ac stabile, cui exspectatiua, in euentum, inuestitura est confirmata. Tali enim, apertura feudi promissi existente, fas est, si nemo in eiusdem possessione est constitutus, possessionem priuata auctoritate apprehendere. (h): eo enim in casu, existen-

(g) Existimat equidem BERLICHIVS *part. II. conclus.* 54. *n.* 59. & CARPZOVIVS *part. II. constit.* 45. *definit.* 2. ex promissione feudi, sub conditione huius modi, Dominum non abscisse ad tradendum feudum esse obligatum, sed, præstando id, quod interest, se posse liberare; *quod extra contractum emtionis venditionis ad tradendum nemo abscisse teneatur.* Verum vti ratio hæc summa laborat falsitate; ita & id, quod inde concludunt.

(h) I. F. S. *cap.* 57. § 4. CARPZOVIVS *P. II. Constit. XLV. definit. II. num.* 5. EYBENIVS in *elect. iur. feud. cap. V. in fin.* SCHILTERVS in *comment. ad I. F. A. cap. XII.* §. 1. Vid. quoque *I. F. A. cap. XIII.* §. 2. vnde patet,

existente conditione, statim ius in re nanciscatur.

§. IX.

Quae quum ita sint, consequitur profecto, Dominum, pendente conditione, non posse promissionem reuocare; quum, ex natura huiusmodi promissionis, promissor ad euentum conditionis exspectandum sit obligatus; atque eatenus vasallo ius sit quaesitum, quod ipsi inuito haud auferendum. *Vtrum Dominus possit reuocare promissionem?*

§. X.

Quod si pluribus feudum in casum aperturae promissum, atque eorum aliquis *possideat;* hic reliquis est anteferendus; quoniam ipsi non solum ius ad rem; sed & ius in re, vna cum ipsa possessione, est quaesitum. Sin possideat neuter, atque alter *speciali* gaudeat *exspectatiua*, (benannt Geding,) alter *generali* (unbenannt geding;) ille est praeferendus, ex iuris *Quis ex pluribus praeferendus?*

tet, adeundum prius esse Dominum, petendumque ab eo, vt Vasallum in possessionem immittat; quod si vero Dominus id non fecerit, huic demum esse potestatem, possessionem occupandi. Conf. Reichs-*Fama, part. III. num.* 35. *p.* 405. *seqq.* Quae occupatio etiam locum habet, si singulari conuentione fuerit permissa; licet nulla antecesserit inuestitura. Vid. *Instrum. Pac. Osnabr. art.* XI. §. 6.

iuris Germanici diſpoſitione (i). His autem deficientibus iuribus prærogatiuis, is eſt anteponendus, cui prius eſt promiſſum; quippe cui etiam prius eſt ius quæſitum. Reliquis interea Dominus ad id; quod intereſt, tenetur (k); niſi ſciuerint, aliis feudum iam fuiſſe promiſſum (l).

§. XI.

Quid de clauſula anteferri? Quod ſi Dominus poſteriori feudum promiſerit, cum clauſula, quam vocant, *anteferri;* vt nempe omnibus anteferatur: hunc iure gaudere potiori, communiter contendunt Doctores (m). Sed, ex genuina iuris theoria, verior eſt oppoſita ſententia; quum aliis iam ius prius fuerit quæſitum; atque eiusmodi formula concedentis dolum aperiat, qui aliis non poteſt ius auferre.

§. XII.

De alienatione feudi promiſſi. Ex eadem ratione porro concludo, vaſallum etiam, ob ius prius quæſitum, poſt aperturam ſequutam, feudi alienationem

(i) *I. F. S. cap. VII.* Add. SCHILTERI *commens.* ad *J. F. A. cap. XII.* §. 6.

(k) G. A. STRVVIVS in *ſyntagm. iur. feud. cap. VII. thes. VII. num.* 3. SCHILTERVS *cit. loc.* §. 7. & 8.

(l) *II. F.* 8. *pr.*

(m) STRYKIVS, cum aliis, in *exam. iur. feud. cap. XII. qu.* 33.

tionem posse impedire; modo tempestiue interuenerit; hac autem iam perfecta, iuste a Domino petere, vt alienatio nulla declaretur (n).

§. XIII.

De obligatione successorum.

In quæstione de obligatione successorum distinguendum inter successores *vniuersales*, qui nempe iure hereditario succedunt, & successores *singulares*, qui iure singulari succedunt. Illi æque obligantur, casu aperturæ existente, ac ipse promittens; quippe cuius personam agunt; hi vero nullatenus; quum nulla obligationis ratio possit ostendi. Optimum itaque est consilium, vt confirmatio a successore tempestiue petatur (o).

§. XIV.

(n) Vid. Kaysers FERDINANDI II. declaration, daß alles, was etwann, mit alienation der Fürstl. Braunschweigischen Reichs-Lehen, zum Nachtheil der Lehens-Agnaten, und *expectiuatorum*, vorgenommen worden, null und nichtig seyn solle, de anno 1625. apud LVNIGIVM in *corpore iur. feud. Germ. tom. I. p.* 687.

(o) Vid. Kaysers IOSEPHI Confirmation über das vom Kayser LEOPOLDO Churf. Friedrichen dem III. ertheilte Expectanz-Decret auf die Reichs-Lehen der Herrschafft Limburg, de anno 1706. ap. LÜNIGIVM in *corp. iur. feud Germ. tom I p. 655. seqq.* It. Kaysers CAROLI VI. Confirmation der vom Kayser LEOPOLDO anno 1688. der freyen Reichs-

§. XIV.

De successore clerico. Quodsi itaque Præsul ecclesiæ exspectatiuam alicui indulserit, & ante feudi aperturam ex hac vita emigrauerit; successor, qui iure electionis illius locum occupat, nec simul heres antecessoris existit, non tenetur (p); nisi 1) exspectiuarius ab antecessore feudi aperti possessionem iam nactus fuerit; quippe quo casu ius in re iam acquisiuit, quod ipsi inuito nec Princeps potest auferre; 2) vel exspectatiua cum consensu capituli, quod æquali cum Præsule iure est gauisum, concessa; tunc enim, quia capitulum adhuc est superstes, nec exspectatiua morte Præsulis exspirauit; vel 3) per inuestituram iam fuerit confirmata. (q).

§. XV.

Ritterschaft in Francken ertheilten General-Expectanz auf die vacirende Ritterschafftliche Reichs-Lehen in Francken, de anno 1718. *Ibid p.* 1270. *seqq.*

(p) *I. F.* 3. It. *II. F.* 26. §. 2.

(q) Illustr. Dn. BÖHMERVS in *iure eccles. Prot. lib. III. tit. XX.* §. 4 *seqq.* Solent equidem alii & hanc addere limitationem: *nisi viuo antecessore, iam exstiterit casus aperturæ.* Vid. B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. capit. IX.* §. 15. Verum inde nihil aliud sequitur, quam, defunctum promissorem, post conditionis euentum, statim abscisse fuisse obligatum ad feudum promissum exspectiua-

§. XV.

Quibus ita ostensis, non difficile est; de Imperatoris succedentis obligatione statuere. Olim equidem libera erat Imperatorum in exspectatiuis indulgendis potestas. Sed postea quam CAROLO V (r) ademta facultas est, feuda Imperii maiora, sicubi forte ipsi atque Imperio aperirentur, rursus conferendi; atque hoc in capitulationibus sequentibus est repetitum; huius autem dispositionis finis fuit, vt Imperii domanium ex feudis eiusmodi vacaturis restitueretur ac redintegraretur; inde porro fluebat, prono velut alueo, potestatem quoque, exspectatiuas Imperii concedendi, Imperatori eo ipso tacite simul fuisse ademtam. Quoniam vero Imperatores nihilominus libertate hac in re & postea vsi sunt; hinc tandem factum est, vt FERDINANDI II. capitulationi (s) prima exspe- *Quid de Imperatore censendum?*

spectiuato tradendum; minime vero, successorem singularem neglecto antecessoris officio satis nunc facere debere. Oportet itaque aliam adesse rationem sufficientem, forte ex iis, quae antea exposuimus.

(r) *Artic. XXIV.*

(s) *Artic. XXVIII.* Hinc anno 1718. in comitiis publicis lis in collegio Principum Imperii mota est de exspectatiua FERDINANDI II, in Comitatum *Hanouiensem*, Electori Saxoniae, sine Imperii consensu, indulta.

ſpectiuarum huius generis Indulgendarum prohibitio fuerit inſerta. Sed in capitulatione FERDINANDI IV. (t) formula demum eſt adiecta: Die ſollen und wollen Wir, ohne Vorwißen und Conſens der ſieben Chur-Fürſten. ꝛc. In capitulatione vero Caroli VI, (u) formula hunc in modum eſt mutata: Die ſollen und wollen Wir, die Chur-Fürſtenthümer, ohne des Churfürſtl. *Collegii*, die Fürſtenthümer, Graf und Herrſchaften .... aber, ohne der Churfürſtlichen und Fürſtlichen .... *Collegiorum* vorwißen und Conſens, ferner niemand leyhen; auch niemanden eine Exſpectantz oder Anwartung darauf geben ꝛc. Quod ſi itaque hunc Imperator modum ex aſſe ſeruauerit; realis adeſt obligatio, ipſi Imperio incumbens; atque adeo a ſucceſſore, quippe qui ius ſuum ab Imperio accepit, omnino adimplenda. Sin ſecus egerit; nulla erit Imperialis indulgentia; quam igitur & ſucceſſor ſecurius poteſt negligere (x).

§. XVI.

(t) *Artic.* XXX.

(u) *Artic.* XI. in med.

(x) Vera exempla exſpectiuarum Imperii legi poſſunt apud ITTERVM *de feudis Imperii;* nec non apud V. C. MASCOVIVM, in *diſſert. de exſpectatiuis in feuda Imperii;* it. apud Illuſtr. Dn. MOSERVM a FILSECK, in der Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths-Proceß, *cap. II.* §. 16. *ſeqq.* p. 189. *ſeqq.*

§. XVI.

Ius, quod exſpectatiuato fuit quæſitum, tranſit quoque in ipſius heredes, feudorum capaces; vt Dominus, conditione exſiſtente, feudum apertum his tradere teneatur; modo non adſit promiſſionis ad certam perſonam reſtrictio diſerta (y). Atque hoc ita obtinet, licet per vltimam voluntatem feudum fuerit promiſſum. Quamuis enim legata conditionata ex regula in heredes legatarii non transmittantur; hoc tamen intelligendum duntaxat eſt de eiusmodi legatis, quibus ſingularis atque extraordinaria adiecta eſt conditio; ſecus ſi conditio adiecta, ex natura legati, eidem inſit ſemper; quo caſu exercitium iuris a conditione tantum eſt ſuſpenſum, prout e. g. contingit in legato optionis. Neque neceſſe eſt, vt heredum facta fuerit mentio diſerta; quum hoc ſit ordinarium; atque adeo tacite ſubintelligatur. *De heredibus exſpectatiuati.*

CAPVT

(y) HARTMANNVS PISTORIS, *Part. II. qu. XXV. num. 32. ſeqq.* vbi & *cap. XI. & LIX. iur. feud. Sax.* exponit.

CAPVT VIII.
DE INVESTITVRA.

§. I.

Quid inuestitura & quotuplex?

Conuentionem feudalem excipit deinde inuestitura, (Die Belehnung,) qua feudum ex regula constituitur. Est autem inuestitura feudi traditio (a). Distinguitur 1) in *propriam*, qua quis in ipsam rem feudalem immittitur, (da einer würcklich eingewiesen wird in das Lehen;) & *impropriam*, seu *symbolicam*, quae, intercedente certo symbolo, perficitur, quo tradito, ipsum feudum traditum censetur. Symbola autem ista varia sunt: *baculus*, *hasta*

(a) Vocabulum inuestiturae a vesten, bevestigen, deriuamus; quum per eam ius in feudo alicui firmetur. Posita hac deriuatione formulas, quae passim occurrunt, facilius explicare possumus: *hasta*, *fuste*, *inuestire*, & quae sunt similes, vt sensus sit: *symbolo hastae*, vel *fustis* ius in feudo alicui firmare. Sic *deuestire vasallum* idem est, quod *e feudi possessione ipsum eiicere*. Conf. FRANC. HOTTOMANNVS *de verbis feudalibus*, voce *inuestitura*. GVNDLINGIVS in *Gundlingianis*, *part. XII. obs. II.* §. 7. V. C. 10. GEORG ESTOR in *analect. Fuldensibus p.* 70. Alii vero vocem deriuant a *veste*, einer Weste, vt inuestire idem sit, ac einkleiden. Illustr. Dn. de LVDEWIG, in *diss. de prorogatione inuestiturae*, *cap. II.* §. 5. B. G. STRVVIVS in *iurispr. feud. cap. XI. ad* §. *I. in not.*

sta, vexillum, gladius, pileus, annulus, chirothecae & similia. Quae traditio symbolica transfert equidem dominium, cum potestate, vacuam possessionem occupandi; minime vero veram feudi possessionem; quippe quae propriae est effectus inuestiturae. 2) Distinguitur in *solennem*, quae parium curiae, saltem duorum, praesentiam, ac praeterea symbolum aliquod vsitatum, ipsam rem, feudi titulo tradendam, designans, requirit; & *minus solennem*, quando, vel remotis paribus curiae omnibus, nulloque symbolo intercedente, nudis verbis, siue ore prolatis, siue scriptura conceptis, animus transferendi dominii feudalis perspicue exponitur, atque ab altera parte in idem placitum consentitur. Ritus enim & symbola sunt arbitraria; atque adeo inter consentientes tuto negligi possunt. Quinimo certum est, si partes inter se consenserint, hac ratione non solum dominium posse transferri; sed & ipsam possessionem, nempe ciuilem; quae effectu gaudeat ciuili, vt in possessione hac turbatus ad remedium rectissime confugiat possessorium (b).

Porro

(b) Vid. *II. F. XXXIII. princ.* It. *Instrum. Pac. Osnabr. art. X.* §. 14. Conf. SCHILTERVS in *comment. ad ius feud. Alemann. cap. IV.* §. 3. *& seqq.* ITTERVS *de feud. Imp. cap. IX.* §. 49. *&*

Porro 3) alia est *simplex*, qua vnus de feudo inuestitur; alia *simultanea*, qua duo pluresue de vno eodemque feudo inuestiuntur. Denique 4) alia est *prima*, quam nulla alia praecessit; alia *repetita*, quae praecedentem, vel plures, quae antecesserunt, subsequitur.

§. II.

Verum in potestate Imperatoris sit solennitas inuestiturae?

Quotiescunque autem lege publica, vel certa reipublicae obseruantia, solennitas inuestiturae est stabilita; in arbitrio Principis positum haud est, ab ea recedere, eamque in aliam commutare; nisi Princeps & feudi dominus absoluto polleat Imperio. Vnde consequitur, Imperatori nostro potestatem non esse, inuestiturae solennitatem, non rogatis Imperii Ordinibus, pro lubitu mutandi.

§. III.

Quid ad solennia inuestiturae referendum?

Ad inuestiturae solennia refertur 1) testium, & quidem parium curiae, si haberi queant, praesentia (c); 2) inuestiturae petitio; 3) symbolorum solitorum adhibitio; 4) iuramenti praestatio; & quae, pro moribus curiarum feudalium, forte praeter haec requiruntur. De symbolorum vsu ex praecedentibus iam constat abunde.

§. IV.

49. & 50. GVNDLINGII *diss. de feudis vexilli* §. 27. In quo etiam §. varia inuestiturae symbola explicantur.

(c) *I. F.* 32. *II. F.* 58. §. 6.

§. IV.

De petitione inuestiturae & iuramento.

Petitio inuestiturae a vasallo, vel eius procuratore decenter est repetenda, formula consueta. Praeterea & iuramentum fidelitatis solito more praestandum. Et quidem iure Longobardico (d) inuestituram praecedere debebat. Quod & hodie moris esse solet plerumque.

§. V.

Ritus inuestiturae antiquus.

Olim Imperii Ordines, praesentibus martyrum reliquiis, iusiurandum fidelitatis praestabant, & manus suas in Regis manus commendabant, atque sic, per manus Regis, homines eiusdem, seu vasalli, euasisse dicebantur (e).

§. VI.

De Episcoporum inuestitura.

Episcopi quondam *per annulum & baculum* sunt inuestiti. Orta autem de hoc inuestiendi ritu acerrima inter Imperium & sacerdotium contentione, tandem sequuta est anno 1122 conuentio, inter Imperatorem HENRICVM V. & CALIXTVM II. Papam, qua Imperator inuestituram per annulum & baculum Papae reliquit, & pactum praeterea est, vt Episcopi regalia ab Imperatore *per sceptrum*

(d) *II. F. IV.* Quamuis res adhuc sit dubia. ITTERVS *de feud. Imper. cap. IX.* §. 41.

(e) Vid. loca, quae B. G. STRVVIVS iam collegit in *iurisprud. feud. cap. XI.* §. 4.

sceptrum acciperent (f); Vnde hæc feuda dicta sunt Scepter-Lehn.

§. VII.

De Principum secular. inuestitura.

Principes seculares per vexilla quondam inuestiti, atque inde quoque eorum feuda dicta sunt feuda vexilli, Fahn-

(f) In hac conuentione professio, vt vocatur, Papæ hæc inter alia continet: *Ego* CALISTVS, seruus seruorum Dei, dilecto *filio suo* HENRICO, *Dei gratia*, Romanorum Imperatori Augusto, concedo, *Electiones Episcoporum & Abbatum Teutonici Regni*, quæ ad Regnum pertinent, *in præsentia Tua fieri*, *absque simonia*, & *aliqua violentia*; vt, si qua inter Partes discordia emerserit, Metropolitani & Prouincialium consilio, vel iudicio, saniori parti assensum & auxilium præbeas. Conf. HENRICI MAIBOMII *dissert de iure inuestituræ episcopalis, Imperatoribus Romanis, a Pontificibus, per vim & tyrannidem ademto.* It. CONRINGII *diss. de constitutione Episcoporum.* It. Illustr. Dn. BÖHMERI *ius eccles Protest. libr. III. tit. XX.* §. 94. *seqq.* GVNDLINGII *diss. de feud. vexilli* §. 20. V. C. BVDERI *diss. de feud. sceptri.* Feudorum sceptri quoque mentio facta in *iure Sax. prouinc. lib. III. artic.* 60. der Kayser leihet allen geistlichen Fürsten Lehen mit dem Scepter; und allen weltlichen Fürsten Fahn-Lehen leihet er mit den Fahnen. It. *ius prou. Aleman. lib. I. edit Bergerianæ p.* 172. *seq.* der Kayser soll leihen allen geistlichen Fürsten ihre Rechte mit dem Scepter, und allen weltlichen Fürsten mit den Fahnen.

Fahn-Lehen. Vexillum vero erat signum potestatis regendi, quæ tali simul Principi tradebatur. Quæ inuestitura in solenni curia sub dio fiebat; ita quidem, vt Imperator, habitu Imperiali indutus, throno eleuato insideret; Electoribus & Principibus, habitu Electorali & Principali ornatis, ac thronum Imperialem circumsedentibus. Principes, vero vasalli, iam inuestiendi, habitu Principali pariter induti, prælatis prouinciarum insignibus ac vexillis, cum splendido nobilium suorum comitatu, accedebant, vexillaque sua Imperatori tradebant, atque ab eo deinde recipiebant. Horum vexillorum, pictis imaginibus conspicuorum, origo & constans vsus ab expeditionibus cruciatis repetitur; quum enim ad has omnis fere orbis Principes ac nobiles in orientem concurrerent; varias imagines, velut totidem signa discernentia, selegerunt, ne confusio oriretur. Quæ quum ita sint, mirum haud est, vexilla etiam in solennibus inuestituræ actibus ab isto tempore visa fuisse. Atque hic mos sub LOTHARIO, CONRADO & FRIDERICO BARBAROSSA potissimum inualuisse videtur, postea diu continuatus. Veroque admodum est simile, singulas prouincias per appicta insignia fuisse distinctas,

ctas, vt sic, symbolo concesso, res ipsae hoc modo traditae intelligerentur. Varia ista vexilla variis quoque coloribus, imaginibus ac figuris erant distincta, & vexillum, regalia significans, rubri erat coloris, die Bluth-Fahn (g).

§. VIII.

Quamdiu hic inuestiendi mos durauerit?

Communis inualuit opinio, MAVRITIVM, Saxoniae Electorem, vltimo hoc ritu esse inuestitum. Verum IOANNES SEBASTIANVS MÜLLERVS (h) ostendit, & AVGVSTVM, Saxoniae Electorem, a MAXIMILIANO II pari ceremonia anno 1566 Augustae esse inuestitum. Ab illo autem tempore nullum aliud exemplum occurrit. Ratio mutationis non est vna. Omnes olim, qui regalibus & banno sanguinis inuestiebantur, ipsimet coram Caesare comparere tenebantur; nisi peculiarem ipse alicui gratiam fecisset. Hac vero praesentia deinde omissa, & sic etiam solennis inuestitura sub dio neglecta.

(g) Vid. GVNDLINGII *differtat. de feudis vexilli* §. 18. 19. 20. *it.* 26 – 29. Conf. ITTERVS *de feud. Imp. cap. IX* §. 49. 50. Add. PFEFFINGERVS in *Vitr. illustr. lib. II. tit. I. p.* 970. *seqq.*

(h) In *annalibus Saxoniae, ad diem* 23. *Aprilis, anni* 1566. Solennia inuestiturarum vtriusque Electoris, & MAVRITII, & AVGVSTI, exhibet LVNIGIVS in *theatro ciremon. tom. II. p.* 945. *seqq.*

neglecta. Accedunt sumtus, in solennem eiusmodi inuestituram impendendi. Nec omittenda Principum autoritas & decori cultura hodierna, quae vix admittit, vt genua ipsi flectant & tot ceremoniis fatigati conspiciantur (i).

§. IX.

Notatu dignum est prae ceteris, prostare quoque exemplum inuestiturae solennis, in qua triplex, vexilli, gladii, & sceptri, symbolum est coniunctum. Scilicet Imperator CAROLVS V. hoc ritu supremum Ordinis Teutonici Magistrum WALTHERVM de CRONENBERG, anno 1530 inuestiuit, vt 1) ipsi vexillum, 2) gladium, 3) denique sceptrum tradiderit (k). *De coniunctione gladii, vexilli & sceptri.*

§. X.

Qvod exemplum simul docet, & seculo XVI. vsum sceptri nondum omnino exoleuisse. Ceterum de vsu sceptri separato ac singulari in feudis Imperii ecclesiasticis ordinario exempla etiam ex seculo XV. possunt ostendi (l). *De duratione vsus sceptri.*

§. XI.

Hodie omnia Principum feuda gladii traditione conferuntur, cuius capuli conum *De vsu gladii hodierno.*

(i) GVNDLINGIVS *cit. diss* §. 30.

(k) Solennia huius inuestiturae pluribus exponit LÜNIGIVS *cit.* ante *loc. p.* 944. *seq.*

(l) Vid. V.C. BVDERVM in *cit. diss. Cap. I.* §. 15.

conum vasallus, in genua decumbens osculatur; quo facto, feudum traditum censetur. Quo symbolo etiam nouus Elector Bauariæ, MAXIMILIANVS, ab Imperatore FERDINANDO II. anno 1623. inuestitus est; & quidem pompa solenniori (m).

§. XII.

Vtrum & Comites vexillis inuestiti?

Ceterum incidit etiam quæstio famigeratissima, vtrum & Comites vexillis ab Imperatore fuerint inuestiti? Et sane rem ita se habere, inficias ire nequimus. Quamuis nec ignoremus, non tanta pompa ac magnificentia Comites ac liberos Dominos iurium suorum confirmationem accepisse; sed Imperatorem stantibus clypeum ac vexillum porrexisse. Ex quo ortum, vt & hodie stantes in senatu aulico fidem iure iurando firment, nec, Italicorum Comitum more, in genua procumbant. Nec omittendum, diuersam quoque quondam vexillorum Principum & Comitum formam fuisse: horum enim vela vel in cuspidem desinebant, vel non ita lata erant; quum Principum ex opposito vexilla qua-

(m) De qua vid. iterum LÜNIGIVS *cit loc. p. 951. seq.* It. Illustr. Dn. MOSERVS a FILSECK in der Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths-Proceß, *part. IV. cap. V. §. 24.*

quadratam prorſus ſpeciem atque auguſtiorem præ ſe ferrent figuram (n).

§. XIII.

Et Principes cum vexillis inueſtiuerunt. Quid? quod & Principes feuda vexilli dedere. Proſtat ſane teſtimonium de GVELPHO, Duce Bauariæ, eum in Tuſcia Baronibus terræ VII. Comitatus cum tot vexillis dediſſe (o).

§. XIV.

De feudorum prouincialium inueſtit. hod. Feuda vero prouincialia hodie ex regula coram Principum Regimine, Comitumque Cancellaria, Cancellario plerumque dirigente, Conſiliariis etiam præſentibus, vaſallis conferuntur; & in quibusdam locis moris eſt, vt vaſallus, præſtito fidelitatis iuramento, exiguum vexillum, vel faſciam, eine Lehens-Binde, vel pileum Cancellarii apprehendat (p).

præ-

(n) Vid. GVNDLINGII *diſſertat. de feud. vexilli* §. 22. & 31. It. *Gundlingiana part. XXVI. num. IV. p. 63. ſeqq.* Vbi veritatem ab obiectionibus vindicauit. Add. V. C. WILHELMI FRIDERICI PISTORII Hiſtoriſche und juridiſche Anmerckungen von den Grafen des Reichs, *part. II. cap. II. p. 191. ſeqq.*; vbi pluribus eadem defenditur veritas.

(o) MONACHVS WEINGARTENSIS in *hiſtor. de Guelphis cap. XIII.* in LEIBNITII *ſcriptor. rerum Brunſuicenſium tom. I. p. 790. circa finem*

(p) Varia ex variis prouinciis exempla collegit LVNIGIVS in ante *citat. theatro ceremoniali.*

Praeterea Regimen, vbi actus inuestiturae est peragendus, singularem, ad caussas feudales constitutum Secretarium, (den Lehns-Secretarium,) solet adhibere.

§. XV.

De loco inuestiturar. Imper. Quantum ad inuestituras Imperiales attinet, hae a diuturno tempore in Curia Imperiali, Viennae, & quidem in dem Ritter-Saal, sunt peractae. Imperator quoque in Capitulatione promittit, se status extra Imperii fines, feudorum accipiendorum caussa, non esse euocaturum (q).

§. XVI.

(q) Vid. *Capit.* CAROLI VI. *artic. XVI.* Wir sollen und wollen auch keinen Stand, oder Unterthan des Reichs, zur Rechtfertigung, ausserhalb dem Reich Teutscher Nation heischen und laden, oder auch, **wegen der Lehens-Empfängnis**, dahin zu kommen begehren ꝛc. Archi-Duces Austriae, ex Imperatoris FRIDERICI I. priuilegio, de anno 1156. extra Austriae fines inuestituram petere haud tenentur; praeterea, tecto etiam capite, cum pileo suo Archi-Ducali, sceptrum manu tenentes, atque equo insidentes, inuestituram decenter petunt atque accipiunt. Vide Diploma FRIDERICI I. *num.* 2. *ap.* PFEFFINGERVM in *Vitr. illustr. lib. I. tit. XVI.* §. 9. *p.* 17. *col. b. Volum. II.* Inter priuilegia Bohemiae Regis & hoc est, vt nec is, inuestiturae ac fidelitatis caussa, aulam visitare Imperialem teneatur; sed, vel in suo territorio, vel

non

§. XVI.

Simultanea inueſtitura (r) vt locum habere queat, vel ad petitionem *præſentis vaſalli poſſeſſoris*, *vel ſaltem cum ipſius conſenſu* perficitur. Quemadmodum enim vaſallus domino non poteſt ſimul inueſtiendos obtrudere inuito; ita nec dominus vaſallo. Quo tamen conſenſu opus non eſt in exſpectatiua per inueſtituram confirmata. *Differunt effectu*: inueſtitura enim, qua exſpectatiua confirmatur, inueſtito non tribuit ius præſens in feudo; quod ſecus ſe habet in ſimultanea inſteſtitura; quippe quæ efficit, vt ſimul inueſtitus *præſente iam iure in re gaudeat*, quod etiam dominii nomine venire ſolet. Differt tamen a dominio vtili, atque adeo eſt maxime ſingulare; quum ſimultanea inueſtitura ordinarie non tribuat ius vtendi fruendi; quamuis ſimultanee inueſtiti gaudeant *facultate*, *feudi alienationem prohibendi*. Quod quum in Luſatia permiſſum non ſit agnatis, qui beneficio ſimul-

De ſimultanea inueſtitura.

non vltra 15. milliaria ab eius finibus, ſit inueſtiendus. Illuſtr. Dn. MOSERVS a FILSECK in *introd. ad proc. ſenat. Aul. Imp. tom. IV. cap. V* §. 5. & 6.

(r) Cuius definitionem ſupra iam in medium propoſui §. *I. hui. cap. in fin.*

multaneæ inueſtituræ ipſo iure gaudent; hinc concludit HORNIVS (s), illis nec competere dominium, de quo diximus. Verum, niſi me omnia fallunt, non opus eſt hac concluſione; quum alia ratio hic in promtu ſit, quod nempe feuda Luſatiæ ſint alienabilia, vt ne quidem conſenſus domini ad alienationem deſideretur.

§. XVII.

Quotupliciter conſtituatur?

Triplici autem potiſſimum modo plures de eodem feudo vna inueſtiuntur: 1) *Quoad dominium vtile & poſſeſſionem ſimul*, pro indiuiſo (t); quo caſu vnus, nomine communi reliquos repræſentat, quoties opus eſt, ſub titulo *prouaſalli*, des Lehn-trägers; quod inprimis in feudis vniuerſitatum obtinet. 2) Inueſtiuntur plures, *quoad dominium* quidem *& poſſeſſionem;* ſed *ſine fructuum perceptione* (u). 3) Inueſtiuntur plures, *quoad nudum dominium*, ſine poſſeſſione & facultate fructuum precipiendorum; & hæc dicitur ſigillatim coniuncta

(s) In *Iurisprud. feud. c.* 12. § 29. *& ſeq.*
(t) *I. F. XIV.* §. 2. *II. F. XII. & XIIX.* IVS FEVD. ALEMANN. *cap.* 16. §. 2. it. *cap.* 65. ibique SCHILTERVS in *comment. ad ius feud. Alemann. cap.* 8.
(u) *I. F. III.* G. A. STRVVII *ſynt. iur. feud. cap. IX. th.* 14. *num.* 1.

cta manus, die gesammte Hand (x); quae *spem tantum succedendi tribuit.*

§. XVIII.

Simult. inuest. ob successionem, necessitas.

Tertia ista species, quae successionis ergo, constituitur, non per Saxoniam tantum; sed et per vniuersam olim Germaniam fuit vsitata. Scilicet ostensum iam est ab aliis, post constitutionem CONRADI II. solos filios ac nepotes vltimi possessoris in feuda libere potuisse succedere; sed collateralibus, licet a primo acquirente descenderint, ad successionem opus fuisse simultanea inuestitura. Atque hanc regulam & hodie adeo obtinere, vt pro simultaneae inuestiturae necessitate, in casu dubio, adhuc sit praesumendum, SCHILTERVS contendit (y). Cum hoc equidem in eo consentit GVNDLINGIVS (z), vt regulam istam, & post CONRA-

(x) *I. F. I. §.* 1. It. *II. F. XII.* Atque hoc modo etiam filius cum patre simul potest inuestiri, vt iure proprio & singulari aliquando succedat; vnde hoc ipsi commodum enascitur, vt allodium vulgare possit repudiare, atque ea ratione ab onere debitorum paternorum se liberare.

(y) In *dissert. de simult. inuest. cap. II. §.* 3.

(z) In *Gundlingianis part.* III. *obs.* I. Vbi quoque ad rationes, a Schiltero in medium productas, respondet. Nempe 1) exemplum, de quo HOSTIENSIS testetur, procul dubio Ottonis

CONRADI II. ætatem, fuiſſe vniuerſalem, defendat. Verum deinde diſcedit a SCHILTERO, docetque, HENRICVM VI. iſtam mutaſſe regulam, atque collateralibus, a primo acquirente deſcendentibus, liberum ſuccedendi ius, ſublata ſimultaneæ inueſtituræ neceſſitate, indulſiſſe. Hinc porro recte concludit, pro hac igitur libertate & hodie eſſe

Ottonis IV. ætate contigiſſe, qui odio habuerit inſtituta HENRICI VI. 2) Et autorem *iuris feudalis Alemannici* aſſertum ſuum eodem forte tempore conſarcinaſſe; aut hunc articulum ex *iure feudali Saxonico* deſcripſiſſe 3) *Pacificationem Weſtphalicam artic.* IV. §. 5. & 9. vniuerſalem haud complecti regulam; ſed caſum potius ſingularem. 4) Neque ex *Ordinatione iudicii aulici Imperialis tit.* III. §. 12. regulam eiusmodi vniuerſalem poſſe depromi; quippe quæ diſertis verbis de obſeruantia ſingulari loquatur, his verbis: In welchen Geſchlechten, und in denjenigen Reichs-Creyſen, da die *ſimultanea inueſtitura* hergebracht und im Gebrauch, dabey ſoll ſolche auch gehalten, und derſelben nachgelebet werden. Quæ quamuis ita ſe habeant; nihilominus tamen B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap.* XIV. in *not. ſub* §. 1. *p.* 339. *ſeqq.* SCHILTERI argumenta GVNDLINGIO opponit ſecurius; quaſi nihil ad illa reſpondiſſet. Quod mirum profecto! Sed conf. Illuſtr. Dn. de LVDEWIG diſſert. *de differentiis iur. commun. & Sax. in ſimultan. inueſtit.* vbi non pauca ſingularia.

esse praesumendum; minime vero pro vsu simultaneae inuestiturae, vt statuit SCHILTERVS.

§. XIX.

De eius vsu hod. & in feudis Imperii.

Quemadmodum vero simultaneae inuestiturae vsus in Saxonia & nonnullis aliis Germaniae prouinciis eum in modum in hunc vsque diem est conseruatus, vt collateralium nemo, licet a primo acquirente descendens, nisi vi simultaneae inuestiturae, succedere queat; ita & de variis Imperii feudis idem est statuendum (aa). Interea ex praecedente §. iam est manifestum, in dubio pro libero succedendi iure esse praesumendum.

§. XX.

(aa) Exemplo esse potest 1) Linea Rudolphina familiae Palatinae, quantum ad successionem in ea, quae in domum Bauaricam sunt translata, si, lineam Gvilielminam masculinam aliquando deficere, contigerit, per *artic. IV. Pac. Osnabrug.* §. 9. 2) In familia quoque Marchionum Brandenburgica eadem est recepta. Nec non 3) in domo Hassiaca. Itemque 4) in domo Holsatica. Porro 5) in familia Ducum Saxoniae &c. ITTERVS *de feud. Imp. Cap. X.* §. 7. Notandum hic etiam exemplum ERICI V. Principis Saxo-Lauenburgici, ob simultaneae inuestiturae neglectum Electoratu Saxonico priuati; quem Imperator SIGISMVNDVS FRIDERICO Bellicoso contulit.

§. XX.

De ordine succedendi plurium S. I.

Quoniam itaque in hac ſuccedendi ratione fundamentum vnicum eſt ſimultanea inueſtitura; conſequitur inde prono alueo, plures ſimultanee inueſtitos & vna in feudum ſuccedere; quoniam enim ratio ſucceſſionis eorum in ſola inueſtitura ſimultanea, minime in proximitate agnationis eſt collocanda; hinc nec proximior agnatus vllum ſibi ius prærogatiuum præ reliquis poteſt vindicare; niſi adiecta ſit formula: **nach rechter Sippe Zahl.**

§. XXI.

De renouatione inueſtituræ.

Cui ius ex præcedente inueſtitura iam eſt quæſitum, ei opus eſt, caſu ſucceſſionis exiſtente, eiusdem renouatione; cuius definitio §. I. huius capitis proſtat. Ex qua conſequitur 1), omnem renouationem feudi præponere præcedentem aliquam inueſtituram, ex qua ius iam ſit quæſitum; ſiue ipſe quis iam ante ſit inueſtitus, ſiue alius, a quo ius in ipſum ſit deriuatum; 2) renouationem non eſſe modum acquirendi; quum ius ante quæſitum per eam tantum confirmetur. Quod autem SCHILTERVS (bb) monuit, eam non eſſe titulum, ſuperfluum

(bb) In *inſtit. iur. feud. cap. V. §. 3. in fin.* Germanice dicimus: **der Lehn gehörige Folge thun.**

um eſt profecto; quum *nulla inueſtitura, ne quidem prima, titulus proprie dici queat;* ſed potius ſit traditio feudi, quæ titulum ad transferendum dominium habilem præponit. Ceterum renouatio inueſtituræ ex regula iuris feudalis in hunc vsque diem eſt neceſſaria; quod & intuitu feudorum Imperii extra dubium eſt poſitum, per capitulationem CAROLI VI. (cc), in qua ſingularis eiusdem cura Imperatori imponitur, ipſeque etiam ad renouationem inueſtituræ, intuitu ſuorum Imperiifeudorum, obligatur. Cuius necesſitatis ratio antiquiſſimo tempore intellectu erat facillima. *Defuncto* enim *domino*, qui feudum dederat, omne vaſalli ius in feudo exſpirauerat; atque adeo noua ſucceſſoris inueſtitura vtique opus erat. Præterea decedente vaſallo, ius etiam in feudo amiſſum erat, neque iure ſucceſſionis certo ac ſtabili poterat in poſteros transmitti. Verum, hanc feudorum naturam diu eſſe nutatam, ſupra iam

(cc) *Artic. X. §. vlt.* Vi cuius & Imperator CAROLVS VI, d. 9. April. anno 1728. ipſe etiam, intuitu feudorum Auſtriacorum, nexum clientelarem ſolenni ritu per Plenipotentiarios renouandum curauit. Vid. Reichs-*Fama tom. III. cap. XXIIX. p. 331. ſeqq.*

iam pluribus est demonstratum. Quare vix solida renouandae inuestiturae ratio superesse videtur. Sed salua res est: potissima enim vsus hodierni ratio in eo consistit, vt *certa nexus feudalis memoria* conseruetur, nec vasalli feuda pleno iure sibi queant possidere. Huc accedit, vt Dominus & *de fide vasalli* iureiurando certior fiat. Denique forte & rationis instar aliquo modo esse potest sportulae elientelaris compendium.

§. XXII.

Immunitas ab ea. Quamuis autem ad renouationem inuestiturae omnes, ex regula, vasalli sint obligati; contingere tamen potest, vt singulari quidam vasalli immunitate gaudeant (dd). Interea praesumtio, quae pro regula ordinaria militat, efficit, vt immunitas ista ab allegante sit probanda.

§. XXIII.

(dd) Exempla adduxit PFEFFINGERVS in *Vitriar. illustrato lib. II. tit. I. ad* §. 9. *sub lit.* (c) *p.* 927. *seqq.* Sic & in Silesia olim ignotas fuisse inuestiturarum renouationes, docet *fragmentum*, quod ex SCHICKFVSII *libro de feudis Silesiae cap. XIIX.* Illustr. Dn. de LVDEWIG in *differt. de prorogat. inuest. in append. lit. A.* in medium produxit. Vid. eiusdem SCHICKFVSII *cap. XIIX.* §. 32. *seqq.* in LÜNIGII *corp. iur. feud. tom. III. p.* 488. *seqq. num.* 32. *seqq.*

§. XXIII.

An exspectatiuati quoque obligati?

Qui simplici tantum exspectatiua gaudet, ad renouandam inuestituram plane non potest dici obligatus; quum nulla praecesserit, ex qua ipsi ius fuerit quaesitum, inuestitura. Secus vero res se habet cum eo, qui in euentum est inuestitus: hic enim, casu aperturae existente, ius, ex antecedente inuestitura iam quaesitum, vtique renouare tenetur (ee).

§. XXIV.

Quid de simultanee inuestitis?

Multo magis haec renouandi necessitas simultanee inuestitis, & intuitu feudorum Imperii, incumbit: sie müßen der gesamten Hand bey allen Fällen gehörige Folge leisten; wenn die gesamte Hand, durch Absterben des Lehen-Herrn, oder des Lehen-Mannes, oder sonst gebrochen wird. Qua de re licet nullus iuris veteris textus adduci possit; iuris tamen ratio id exigit: regula enim est generalis, inuestituram esse tempestiue renouandam; quae ad simultaneam inuestituram, velut prioris speciem, non potest non applicari (ff).

§. XXV.

(ee) *J. F. Alem. cap. XV.* ibique SCHILTERVS in *comment.*

(ff) SCHVRFFIVS *Cent. I. Consil. XVI.* ZANGERVS *de except. part. III. cap. XXVI. num.* 327. & 328. HORNIVS in *iurispr. feud.* cap.

§. XXV.

Singulare de Lusatia. Quantum ad *Lusatiam* superiorem attinet, certum est, Imperatorem MAXIMILIANVM II. huius prouinciæ Ordinibus priuilegium indulsisse, vt proximioribus vasalli possessoris agnatis, *vsque ad septimum gradum*, ius simultaneæ inuestituræ competat *ipso iure*, & sine singulari impetratione, aut renouatione. Quod priuilegium Elector Sax. IOH. GEORG. I. confirmauit. Ceterum & *Lusatiæ inferioris* vasallos simili nouimus priuilegio gaudere (gg).

§. XXVI.

De pluribus Dominis. Quodsi plures per successionem existant Domini, omnes inuestituræ renouationem desiderare possunt; nisi vnus, forte senior, tanquam *Pro-Dominus*, ad hanc rem a reliquis constituatur (hh).

§. XXVII.

cap. XVII. §. 5. seqq. CONSTIT. ELECT. SAX. *part. II. constit.* 45. ibique CARPZOVIVS.

(gg) Vid. HORNIVS *cit. loc. cap. XII. §. 27. in fin*

(hh) CARPZOVIVS *part II. constit.* 45. *def.* 29. ROSENTHALIVS in *synopsi iur. feud. cap. VI. conclus.* 38. HARTMANNVS PISTORIS *lib. II. quæst. XLVII.* G. A. STRVVIVS in *syntagm. iur. feud. cap. X. aph. II. num.* I.

§. XXVII.

Quid, vno ex pluribus Dominis defuncto, obtineat?

Vno ex pluribus Dominis, qui hactenus communi iure Dominium directum exercuerunt, defuncto, diuersi casus sunt distinguendi. Aut enim 1) iste liberos reliquit, aut nullos. Priori casu renouatione opus est vtrique; quum ipsius portio in liberos transierit, quibus tunc vna cum patruis iuramentum præstandum; posteriori autem casu non equidem iuramentum est repetendum; aliqua tamen saltem declaratio est necessaria, qua vasalli singnificent, se iam a ceteris Dominis partem defuncti, in eos deuolutam, recognoscere. 2) Non nunquam plures Domini ita pacti sunt, vt vnus eorum solus dominium directum administret, tanqum *Pro-Dominus*, (als Lehen-Probst,) tunc certum est, non, nisi eo defuncto, inuestituram renouari debere (ii).

§. XXVIII.

Quid mortuo Episcopo?

Mortuo Episcopo, vel alio Præsule ecclesiastico, si intra annum & diem alius non fuerit electus, inuestituræ renouatio a capitulo petenda (kk).

§. XXIX.

(ii) G. A. STRVVIVS *cit. loc. num.* 2. & 3.
(kk) STRVVIVS *cit. loc. num.* 4.

§. XXIX.

Quid, alienato dom. directo, aut diuisione instituta?

Mutari praeterea non nunquam potest dominus, si hic ius suum vel separatim, vel cum territorio, cui id ipsum forte inhaeret, in alium iusto titulo transtulerit. Porro contingere quoque potest, vt plures Domini, qui hactenus commune exercuerant dominium directum, diuisionem instituant, ita quidem, vt singulis sua assignentur feuda, suique vasalli. Tunc sane, quum in locum plurium singuli succedant Domini, in quos ceterorum partes translatae, renouatione opus est omnino. Ac pari se res modo habet, instituta diuisione. Neque tamen necesse est, vt iuramentum repetatur; quippe quod omnibus, ratione omnium ac singulorum feudorum, iam fuit praestitum (ll)

§. XXX.

Quid, de pluribus vasallis?

Quemadmodum, defuncto vasallo, vel vbi ex alia caussa successio locum habet, successor ad renouationem petendam est obligatus (mm): ita & pluribus vasallis, communiter succedentibus, eadem imposita est obligatio; ita quidem, vt singuli eidem satis teneantur facere, ac

(ll) STRVVIVS *cit. loc. num.* 11.
(mm) *II. F.* 40.

ac domino fidem iureiurando firmare (nn). Vno deinde ex pluribus istis vasallis mortuo, attendendum, 1) vtrum reliquerit filios; atque hi sine dubio inuestituram tenentur renouare. 2) Sin decesserit, nullis filiis relictis; distinguendum, vtrum feudum possederint diuisum, an vero indiuisum: priori casu, quum per diuisionem partes in alios translatæ, atque hoc modo plura quasi feuda constituta, opus vtique erit inuestituræ renouatione; posteriori casu secus pronuntiandum. Quodsi plures vasalli, consensu Domini, vnum constituerunt, vt vices omnium sustineat, (als Lehenträger,) non, nisi ipso mortuo, renouatio est repetenda (oo).

§. XXXI.

De vniuersitate vasalla.

Pari modo res se habere solet in vniuersitate, quæ prouasallum habet: nam & hæc non, nisi eo mortuo, inuestituram renouare tenetur (pp).

§. XXXII.

De feudi alienatione.

Quodsi feudum sit alienatum, atque hac ratione in extraneum translatum, nulla requiritur renouatio; sed prima

(nn) *II. F. 26. §. omnes filii 7.* It. *II. F. 55. §. 2.* & *II. F. 77.*

(oo) G. A. STRVVIVS *cit. cap. §. III. num. 1.* & *2.*

(pp) STRVVIVS *cit. loc. num. 3.*

prima obtinet inuestitura; quum huic extraneo nullum ex præcedente aliqua inuestitura ius fuerit quæsitum. Sin agnato, a primo acquirente descendenti, cesserit, renouatio locum habebit; quoniam huic ex prima inuestitura ius iam fuit quæsitum. (qq)

§. XXXIII.

Legitimum petendæ renouationis spatium annus & dies est præfixus (rr), & quidem sub pœna caducitatis. Vbi dies ciuiliter est accipiendus, pro spatio scilicet temporis breuioris, annum excedentis, & quidem spatium menstruum libi est nominatum (ss): vt itaque num capitulum ex altero sit explicandum. Iure autem Germanico annus & sex septimanæ statutæ censentur (tt); qui-

(qq) STRVVIVS *cit. loc. num.* 4.

(rr) *II. F.* 24. *pr.* it. *II. F.* 40. *pr.*

(ss) *II. F.* 22. Nihilominus L. B. de LYNCKER in *analectis ad* STRVVII *syntagma iur. feud. cap.* X. *thes. IIX. num.* 1. annum intelligendum esse continuum & naturalem, cui finem adferat dies primus anni sequentis, singulari sententia arbitratur.

(tt) *J. F. S. cap. XIII. & XXII. J. F. A. cap. XV. & XLIII.* §. 2. ibique SCHILTERVS in *comment.* ORDIN. REGIM. *de anno* 1521. §. 4. Add. PFEFFINGERVS in *Vitriar. illustr. lib II. tit. I.* §. *XI. p.* 932. ITTERVS *de feud. Imp. cap.* XI. §. 4.

quibus *tres dies* hac ratione accesserunt: anno scilicet præterlapso, opus erat *trina citatione* vasalli, von 14 Nächten zu 14 Nächten, vt formula antiquior habebat; primis 14 diebus & nocte præterlapsis, die 15 exspectabatur vasallus; quo non comparente, secunda sequebatur citatio eiusdem spatii; atque iterum die 15 exspectabatur, ac tertia vice eodem se res modo habebat (uu).

§. XXXIV.

Quando currat istud spatium?

Spatium istud currere incipit a die cognitæ mutationis, quæ ansam præbuit renouationi. Quare ignoranti est ignoscendum; modo probabilis fuerit ignorantia, quam caussatur; quam, vbi opus, iureiurando firmare tenetur (xx). Quamuis enim dolus non præsumatur; sed potius ab allegante probandus sit: secus tamen se res habet cum culpa; quare hic iusiurandum locum habet, vt ista elidatur (yy).

§. XXXV.

Vtrum liceat hunc terminum mutare?

Quum igitur iste terminus iure sit definitus; consequitur, alterum, inuito altero,

(uu) GVNDLINGIVS in *Gundlingianis*, *part.* XXVI. *obs.* I. von der Sächsischen Frist.

(xx) *J. F A. cap. XV. §.* 2. ibique SCHILTERVS in *comment. J F. S cap.* VII. (VIII) *§. vlt.*

(yy) SCHILTERVS in *comment. ad cit. cap.* XV. §. 2. & 3.

altero, eundem haud posse mutare. Permissum equidem olim erat Domino, iure feudali Saxonico (zz), terminum præfigere breuiorem; cuius rei ratio singularis inde non male repetenda videtur, quod feuda olim non fuerint hereditaria; adeoque commodo cesserit vasalli ista termini breuiatio (a). Quod tamen, mutata feudorum conditione, hodie vix ac ne vix quidem locum potest habere, ob damnum, quod inde posset oriri vasallo. Ex ratione supra inculcata consequitur porro, nec Dominum, inuito vasallo, terminum posse proferre; quum huic inde pariter detrimentum possit enasci (b).

§. XXXVI.

De venia moræ. Quodsi vero impedimenta obstent, quo minus iusto tempore renouatio instituatur; venia moræ, seu *inuestituræ prorogatio* (Anstands-Brief, Lehens-Indult, Gönnts-Brief, Günstigungs-Brief) (c) decenter petenda. Quantum ad origines attinet,

(zz) *Artic.* XXII. *in fin.*

(a) Vid. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *diss. de prorogatione inuestituræ*, vom Lehns-*Indult*, *cap.* IV. §. 5. *ibique not.* (ss)

(b) G. A. STRVVIVS *cit. cap.* X. *thes.* VII. *num.* 3.

(c) Illustr. Dn. de LVDEWIG *cit. diss. cap.* II. §. 2. & 3.

attinet, neque in iure feudali Longobardico, neque in iure Saxonico, aut Alemannico eius vestigium occurrit (d). Interea, stabilita successione feudali, occasio quoque data videtur rogandis indultis (e); quorum effectus est morae impunitas (f).

§. XXXVII.

Et quoniam indulti largitio est instar dispensationis; hinc mirum esse non debet, quod honorario id ipsum sit redimendum; & quidem in Curia Imperiali a Principe XV. florenis; a Comite decem (g). *De indulti honorario.*

§. XXXVIII

Dantur quoque iustae excusationum caussae, ob quas vasalli ipso iure tuti sunt. Quarum aliae oriuntur 1) *a persona Domini*: veluti si hic decesserit; quo casu nouum incipit spatium (h). Vel si absens *Excusationum causae.*

(d) Textus enim supra adducti de tempore tantum renouationis loquuntur; minime de eius prorogatione.

(e) Conf. *cit diss. cap.* III.

(f) *Ibid. cap.* VI.

(g) VFFENBACH *de iudicio Aulico cap.* XI. §. 4.

(h) *I. F.* 22. Sede Imperiali vacante, Principes quoque, nec non Comites Imperii tuti sunt per A. B *cap. V.* §. 1.; quod & certa ratione obtinet, sede Episcopali vacante, per ea, quae habet

ſens fuerit; quare & Imperator in CAPITVLATIONE (i) promittit, ſe neminem vaſallorum Imperii, inueſtiturae accipiendae cauſa, extra Imperii fines vocaturum. Porro ſi inimicus vaſalli capitalis, vel infans fuerit, tutore deſtitutus; qui tamen caſus vix ac ne vix quidem continget. Quodſi aliqui de dominio directo inter ſe litigent, ad poſſeſſionem vaſallis eſt attendendum. 2) *A perſona vaſalli:* ſi hic iuſtam allegare abſentiam queat; vel impubes fuerit. Minor reſtitutionem in integrum petere poteſt. Quantum ad feuda Imperii attinet, tutores ad inueſtiturarum renouationes tenentur (k). Praeterea, ſi caſum mutationis iuſte ignorauerit; vel alia ipſi impedimenta obſtiterint legitima, quae omnia nullatenus poſſunt enumerari. (l). 3) Denique & *a perſona tertii* oriri poſſunt: veluti, ſi tertius feudum poſſideat, ſine culpa vaſalli; nec non, ſi tertius, per cuius territorium eundum, hoſtis

habet Illuſtr. Dn. BÖHMERVS in *iur. eccleſ. Prot. lib.* III. *tit.* XX. §. 54.

(i) CAPITVLATIO CAROLI VI. *art.* 16.

(k) CAPITVLATIO CAROLI VI. *art.* XI. §. 2. Add. LÜNIGII *corp. iur feud. Germ. tom. I. p.* 107. *ſeq.*

(l) Vid. INSTRVM. PAC. OSNABR. *artic. IV.* §. 50.

ftis fit; itemque, fi pares Curiæ in mora fuerint, cognofcendi ac decidendi, an renouatio concedenda fit, nec ne (m); & quæ funt fimilia.

§. XXXIX.

Inueftituram, vel etiam eiusdem renouationem, intercedente libello fupplici, (Lehn-Zettel, Muth-Zettel,) petere tenetur vafallus; cui refpondet breue reftatum, (Der Lehn-Schein, Muth-Schein;) quo facto, terminus renouandæ inueftituræ a Domino præfigitur (n); & tandem fequuntur litteræ inueftituræ ampliores (o). *Inftrumenta renouationis.*

§. XXXX.

(m) SCHILTERVS in *comment. ad J. F. A. cap.* 45. Add. PFEFFINGERVS in *Vitriario illuftrato. lib. II. tit.* 1. §. 12. *p* 935. *col. b.*

(n) Illuftr. Dn MOSERVS A FILSECK in *introd. ad Proc. Senat. Aul. Imp. cap. IV.* §. 160. *feqq. p.* 659. *feqq.*

(o) Ratione feudorum Imperii litteræ inueftituræ non, nifi in Cancellaria Imperii debent expediri, per CAPIT. CAROLI VI. *artic. XI.* §. 3. Cuius difpofitionis hæc fine dubio eft ratio, ne huius Cancellariæ iura, cum fportulis clientelaribus, occupentur a Cancellaria aulica Imperatoris, der befonderen Kayferl. Hof-Cantzley.

§. XL.

De origine litterarum inuestiturae.

Litterarum clientelarium origo est incerta (p). Id interea vero admodum est simile, ante FRIDERICI I. aetatem eas vix ac ne vix quidem locum habuisse in Imperii nostri feudis (q).

§. XLI.

A quo dentur?

Quemadmodum vero quilibet feudi dominus contractum feudalem celebrare potest; ita nullum quoque est dubium, quin & talis, sine discrimine, licet priuatae sortis homo sit, & litteras istas dare queat; nisi mores contrarii, vel lex obstiterit prohibitiura (r).

§. XLII.

De denombremento.

Praeter literas clientelares saepe singulare denombrernentum, vt vocant, conficitur; quod denotat iustam omnium partium feudalium (der Lehns-Stücke,) designationem. Quae ad id conducit,

(p) Illustr Dn. GASSERVS in *praelect. ad Cod. tit. de Episc. & clericis* §. *XI.* existimat, „litteras inuestiturae originem sine dubio traxisse a iuribus feudo vicinis, vel potius feudastris medii aeui, potissimum precariis, & contracta libellario, qui absque charta consistere non potuisset.„

(q) Illustr Dn. de LVDEWIG in *comment. ad A. B. tit. XXIX.* § 1. *p.* 989. *seq.* Add V. C. BAVERI *dissertat. de litt. inuestit.*

(r) Et hunc in modum nuper eam quaestionem respondi amico quaerenti.

ducit, vt in caſu dubio, *lite oborta*, eo melius conſtare queat, vtrum hic vel ille fundus, hæc aut illa iura ad feudum pertineant, an ſecus ſe res habeat. Quam deſignationem vaſallus ſemper exhibere tenetur, quotiescunque hoc deſiderat dominus. Quodſi itaque inde appareat, doloſe negatam eſſe partem aliquam feudi a vaſallo, eiusdem amiſſione mulctatur (s). Stilus autem curiæ hac in re non ſemper idem eſt: alicubi enim ſingularis eiusmodi deſignatio in curia feudali traditur vaſallo; alibi vero ipſis litteris clientelaribus (den Lehn-Brieffen) inſeritur (t). Alibi in vſu ſunt ſingulares *regiſtraturæ*, (ausführliche Lehen-Regiſtraturen,) aut libri feudales, (Lehen-Bücher,) quibus omnia feuda, omnesque vaſalli, cum partibus ſingulorum feudorum, litterisque clientelaribus, vt & alicubi vaſallorum litteræ reuerſales continentur (u).

§. XLIII.

(s) *II. F. XXVI. §. 3.* Add. *capit. XXXII. iur. feud. Alem.* ibique SCHILTERVS in *comment.* Conf. SCHWEDERI *diſſert.* de *dinumeramentis feudalibus.*

(t) Cuius rei exemplum exhibet STRYKIVS in *Vſ. mod. ff. L. X. tit. I. finium regund. §. 16.*

(u) SECKENDORFFII Teutſcher Fürſten-Staat, *part. III. cap. III. ſect. IV. §. 2.* Add. Reichs-Hof-Raths-Ordnung, *tit. III. §. 14.* Conf.

N 4 Illuſtr.

§. XLIII.

De inuestituris per procuratores.

In inuestituris & dantis & accipientis procurator interuenire potest (x). Ex parte tamen vasalli inprimis ratio decori exigit, ne id fiat, nisi Domino consentiente; quum alias reuerentia, huic debita, læderetur. In feudis autem vniuersitatum sine ambagibus est admittendus.

§. XLIV.

Applicatio ad Imperatorem.

Verum, intuitu Imperatoris R. G. res non omnino extra dubitationis aleam est posita. In equestribus Imperii feudis Imperator suo agere arbitrio potest, etiam quoad inuestituram. Nec mihi scrupulus hæret intuitu *Dynastiarum* & *Comitatuum* Imperii; quum frequens testetur experientia de horum inuestituris, in senatu Imperatoris aulico, procuratoria potestate, perfectis. Quantum autem ad *Principatus* feudales; Electores ac Principes Imperii, tum ecclesiastici, tum seculares, hoc ius honoris prærogatiuum diuturna Imperii obseruantia acquisiuerunt, vt feuda sua Regalia

Illustr. Dn. MOSERI a FILSECK Einleitung zu dem Reichs-Hof-Raths-Proceß, *part. III cap. I. §. 116. seqq. p. 159. seqq.*

(x) *II. F. 3. §. 3. II. F. 58. §. 5.* Conf. V. C. BYDERI *dissert.* de *Commissario Imperiali, causis feudalibus, sigillatim ad inuestitur.*

lia ab ipſo Imperatore, e ſolio Imperiali, accipiant; licet eius rei peragendæ cauſa, legatos tantum miſerint. Neque ad rem facit, quod pro Imperatoris hac in re arbitrio libero paſſim ſcriptores ducere ſolent, argumentum, a CAROLI V. Vicario, FERDINANDO I. deductum (y). Nam 1) ab eo, quod CAROLI V. tempore obtinuit, non valet concluſio ad vſum hodiernum. 2) Sermo ibidem eſt non de quolibet Imperatoris procuratore; ſed de fratre Imperatoris FERDINANDO, Vicario Imperii præter ordinem conſtituto, vt minime ſolus, ſed vna cum Regimento Imperii, vt vulgo vocatur, Imperatore abſente, Imperii negotia adminiſtraret. Neque tamen 3) huic poteſtas, de qua ſermo eſt, promiſcue fuit indulta; ſed duntaxat facultas, Imperii Principibus moram largiendi, noch auf 1 Jahr indult zu geben; quo deinde ſpatio præterlapſo, mandatum adhuc Imperiale ſpecialius erat expectandum. 4) Singularis ibi occurrit abſentiæ diuturnæ caſus; qui pariter obſtat, quo minus vniuerſalis inde regula poſſit formari (z). §. XLV.

(y) Ex *Ordinatione Regimenti de anno* 1521. §. 4 & 5.

(z) Conferendus hic ITTERVS *de feud. Imp. cap. IX. §. XI. & ſeqq.*

§. XLV.

De Vasallorum procuratoribus.

De vasallis regula hæc in Germania obtinuit, eos ipsos inuestituram a Domino accipere debere, ac præsentes fidem iureiurando firmare. Cui regulæ in hunc vsque diem constitutiones prouinciales & curiæ feudales adeo inhærent, vt sine singulari ratione procurator vasalli vix admittatur.

§. XLVI.

Sigillatim Imperii Principum.

Eundem quoque rigorem Imperatores quondam, & intuitu eminentiorum Imperii Principum, seruarunt sancte; quod illustrari potest exemplo RVDOLPHI I. Habsburgici & OTTOCARI, Regis Bohemiæ, Imperii vasalli. Verum & hac in re diuturna Imperii obseruantia aliud ius introduxit, vi cuius Imperator Principes Imperii hodie eo adigere nequit, vt feudorum suorum inuestituram ipsi præsentes, minime per legatos accipiant, seseque coram sistant in aula Imperiali (aa). Neque curamus hic LIMNAEI & aliorum, qui cum ipso sentiunt, distinctionem inter *primam* inuestituram & eius *renouationem;* quum & experientia doceat, nec in prima

(aa) Conf. GVNDLING. in *diss. de feudis vexilli* §. *vlt.* It. ITTERVS *de feud. Imp. cap.* IX. §. 22, 23.

ma inuestitura præsentiam Principum esse necessariam (bb).

§. XLVII.

Legati interea absentiam Principum suorum decenter excusare tenentur; a qua tamen excusatione immunes sunt Imperii Principes, qui Regio fulgent diademate. Quod & de Electoribus Bauariæ & Saxoniæ affirmatur (cc). *Absentiæ excusatio.*

§. XLVIII.

Verum reuerentia, Imperatori debita, haud patitur, vt cuiuslibet conditionis legati ab eo ad hunc actum solenniorem admittantur. Quare, quum a nonnullis hac in re peccatum esset, Imperator LEOPOLDVS singulari edicto iussit anno 1688: Daß die Chur- und Fürsten, zu Empfahung ihrer Reichs-Lehen, Ministros vom Herren-, oder Ritter-Stand bevollmächtigen sollen (dd). *Decretum de conditione legatorum.*

§. XLIX.

(bb) Exemplo esse potest inuestitura 1) Ducatus Montisferratensis, 2) Electoris Brunsuicensis & Luneburgensis, 3) Ducatus Lauenburgici. Conf. PFEFFINGERVS in *Vitr. illustr. lib. II. tit. I. §. 15. pag. 955. seqq.*

(cc) Vid. LÜNIGII *theatr. ceremon. tom. II. p. 936. num. 11.*

(dd) Integrum edictum prostat apud LÜNIGIVM *cit. loc. pag. 963.* It. apud SCHMAVSIVM in *corp. iur. publ. Acad. sec. ord. anni.*

§. XLIX.

de. Moris præterea eſt, vt pro inueſtituris laudemium ſoluatur Quod vocabulum alii deriuant a *laudare*, quatenus idem ſignificat, ac *approbare*, vel *conſentire* (ee); alii a *Lood*, vel *Laud*, quod idem ſit, ac *cenſus*, aut tributi genus (ff). Eſt autem laudemium *pecunia, ipſi Domino ſolui ſolita, pro inueſtitura & receptione vaſalli.* Solet equidem *origo laudemii* ex iure Iuſtinianeo deduci; quamuis antiquitus iam, intuituitu prædiorum ruſticorum, per Germaniam vſu obtinuerit, quum emphyteuſin Romanam noſtri maiores omnino ignorarent; ortum ſine dubio ex inueſtitura, quæ & ad eiusmodi prædia fuit applicata. In feudis pariter vſus eſt antiquior (gg). Minime interea confundenda ſunt *laudemium, releuium* & Germanorum Lehen-Taxe. Primum quid ſit, iamiam cognouimus. Alterum denotat pecuniam, Domino ſolui ſolitam, ab agnatis, ad feudi caducitatem redimendam: Anfalls-Gelder. Ortum eſt hoc vocabulum a Gal-

(ee) Vid. DU FRESNE in *gloſſ. med. æui*, voc. *laus, laudare.*

(ff) BVRIVS in *comment. ad* SCHILTERI *inſtit. iur. feud. p.* 866. *ſeq.*

(gg) Conf. SCHILTERVS in *diſſert. de bonis laudemialibus.* It. BVRIVS *cit. loc. p.* 867. *ſeq.*

Gallis, quibus vsitata est loquendi formula: *releuer le fief*, feudum caducum redimere; hinc releuium & releuamentum (hh). Tertium denotat sportulam clientelarem, non domino feudi, sed officialibus soluendam, in curiis feudalibus; atque adeo & in aula Imperiali (ii).

§. L.

De releuio Senatus Aulici.

Quodsi contigerit, vt, altera familiæ Principalis linea exstincta, Principatus in alteram deuoluatur; soluendum est senatui Aulico Imperiali releuium. Quam pecuniam leges Imperii vocant Anfalls-Gelder; Senatores Aulici autem Laudemien, laudemial-Gelder. Quæ pecunia quum innu-

(hh) Vid. ALTESERRA *de feud. Gall. cap.* XIV.

(ii) Errauit itaque STRYKIVS in *exam. J. F.* arbitratus, Electores per *Aur. Bull. c. XXIX.* §. 1. immunes esse pronunciatos a laudemio. Constat enim certo, neminem vasallorum Imperii quidquam soluere laudemii, vel releuii, *ipsi Imperatori*; sed soluendam duntaxat esse sportulam clientelarem officialibus, a quo onere *Aurea Bulla cit. loc.* immunes pronunciat Electores, tanquam supremos Regni officiales. Conf. V. C. CHRISTIVS *de sportula clientelari.* Interea Electores sponte & ex mera liberalitate plus soluunt, quam ab aliis iure potest exigi. ITTERVS *de feud. Imp. cap.* XI. §. 11. & 14. *Principes ecclesiastici euangelici* vltra taxam ordinariam adhuc dimidiam partem soluere tenentur, per *art.* V. §. 21. *Pacif. Osnabr.*

innumeris ſere querelis Principum Imperii anſam dederit; Capitulationi CAROLI VI. (kk) inſerta eſt formula, qua eius vſus omnino prohibetur. Quæ tamen formula aliquid obſcuritatis habet; ob vocabulum *coinueſtitorum*, quod proprie ad ſimultanee inueſtitos tantum pertinet. Interea mens Principum Imperii, qui eandem *proiecto*, quod vocant, *capitulationis perpetuæ* iam inſeruere, ſine dubio fuit, vt omnibus omnium familiarum agnatis, & quibus ſimultanea inueſtitura non vſurpatur, conſuleretur. Quicquid autem huius rei ſit, dolendum eſt, ſalutarem hanc diſpoſitionem in Senatu Aulico vſum non accepiſſe; quod illuſtrari poteſt exemplo IOANNIS REINHARDI, Comitis Hanouienſis, qui, licet ipſius nomine frater, PHILIPPVS REINHARDVS, anno 1707 etiam inueſtitus iam fuiſſet, nihilominus ſummam 10000 thalerorum anno 1714 Senatui Aulico ſoluere, coactus fuit. Permiſſum quidem eſt, huius ſummæ moderationem deſi-

(kk) *Artic. XVII. §. vlt.* Vielweniger die Chur-Fürſten, Fürſten und Stände mit den Anfalls-Geldern von denen Lehen, damit ſie allbereit *coinueſtiret* geweſen, oder ſonſt mit ungewöhnlich- und neuerlichen Anforderungen nicht beſchwehren, noch beſchwehren laſſen.

desiderare; sed hodie sine effectu, postea quam Imperator laudemia Senatui Aulico reliquit (ll).

§. LI.

Taxa feudalis, Lehen-Tax, est *certa pecuniae summa, vel ex more maiorum, vel noua conuentione determinanda, atque ante inuestituram, ex regula soluenda.* Indicatur eadem partibus a Iudicii Aulici taxatore (mm). *De taxa feudali.*

§. LII.

Ab hac immunes sunt non solum Electores; sed & alii Imperii Principes; quippe qui tantum Officialibus Aulicis sua xenia soluunt (nn). Quod intelligendum *Qui ab ea immunes?*

(ll) Vid. Illustr. Dn. MOSERI *introductio ad Processs. Iudicii Aulici Cap. IV.* §. 104 *seqq.* p. 567. *seqq.*

(mm) Vid. iterum Illustr. Dn. MOSERVS *cit. cap. IV.* §. 116. *seqq.*

(nn) VFFENBACHIVS *de Consilio Aulico, cap. IX. pag.* 124. *col. a.* „Dergestalt seynd auch „die Reichs-Fürsten des Taxes gleichfalls „befreyet; sie müssen aber hingegen, neben „ietzt specificirten, vor die Hof-Bediente „kommende Verehrung, auch die Erb- und „Hof-Aemter, davon die Herren Churfür-„sten, weil sie sich sonst selbst bezahlen würden, „(welches absurdum wäre,) ebenfalls befrey-„et, bezahlen. ꝛc.„ Integra autem taxae ordinariae summa, quam VFFENBACHIVS eadem

dum duntaxat de feudis Principum vexilli; (von Thron-Lehen;) intuitu etenim feudorum Imperii minorum, tum Electores, tum Principes, vt alii vasalli, soluere taxam tenentur (oo).

§. LIII.

De remedio, consequendi laudemium. Ad petendum laudemium Domino tribuitur actio ex contractu feudali, cum hypotheca tacita (pp). Sed breuior est via, vt executio in euentum decernatur, si

dem exhibet pagina, 1210. complectitur florenos. In *capitulatione* quoque CAROLI VI. *artic. XVII.* inter alia hæc legimus: „Wir „wollen keine andere Cantzeley- oder andere „Taxen gebrauchen, als die von gesammten „Churfürsten, Fürsten und Ständen des „Reichs, auff öffentlichem Reichs-Tage, be„liebet, und verglichen seyn, und dieselbe, oh„ne Vorbewust und Einwilligung der Stän„de nicht erhöhen, noch von andern erhöhen „lassen.„ Et mox in sequentibus: „In der „Lehn-Taxe wollen Wir bey der Verordnung „der Güldenen Bulle, vermöge deren von „einer Belehnung, wann gleich verschie„dene Lehen empfangen werden, mehreres „nicht, als ein einfacher Tax zu entrichten, „verbleiben, und darwieder kein Herkommen „einwenden, noch einige Erhöhung, ohne der „Stände Willen, auffkommen lassen.„

(oo) Illustr. Dn. MOSERVS *cit. cap. IV. §.* 117. *seqq. pag.* 591. *seqq.*

(pp) Vid. B. G. STRVVII *iurisprud. feud. cap. XV.* §. 21.

ſi intra terminum prefixum ſolutio non fuerit ſequuta (qq).

CAPVT. IX.
DE PRAESCRIPTIONE FEVDALI.

§. I.

Praeſcriptio feudalis eſt *eiusmodi præſcriptionis ſpecies, qua nexus feudalis vel conſtituitur, vel diſſoluitur; vel etiam verum feudum aduerſus verum vaſallum, vt feudum, ab eo, qui ſe vaſallum credidit, eſt acquiſitum* (a). Quotiescunque igitur ſpecies proponitur, ex qua appareat, nexum feudalem nullum eſſe conſtitutum, aut diſſolutum; neque intuitu prædii, vel territorii; neque intuitu iurium ſingularium; neque verum feudum aduerſus verum vaſallum eſſe acquiſitum; tuto poteris affirmare, iſtam ſpeciem ad præſcriptionem feudalem perperam eſſe relatam. *Eius definitio.*

§. II.

(qq) Illuſtr. Dn. MOSERVS *cit cap. IV.* §. 111. p. 583.

(a) Quamuis in hoc §. mentio quoque facta præſcriptionis, *qua nexus feudalis diſſoluatur;* minime tamen hic de ea eſt agendum; ſed infra, vbi modi, quibus nexus feudalis diſſoluitur, ſuo ordine erunt explicandi.

§. II.

Qualis possessio hic desideretur? Quum autem ad præscriptionem, quæ inter modos acquirendi collocatur, possessio desideretur; nec hic res aliter se potest habere. Et quidem necesse est, vt res possideatur 1) tanquam feudalis (b), seu titulo feudi; 2) vt quis rem talem esse credat ex probabili causa; 3) vt possessio per 30. annorum (c) spatium sit continuata (d).

§. III.

(b) *II. F.* 26. §. 4. verbis: *si quis rem, vt feudum possedit.* Ergo non potest esse præscriptio feudalis, si quis rem possederit, velut sibi omnino propriam; vel etiam iure pignoris.

(c) *II. F.* 26 §. 4 verbis: *per* 30 *annos;* vt itaque errauerit SCHRADERVS, qui in *tractatu feud. part. V. cap. IV. num.* 3. cum pluribus errantibus, arbitratur, „si quis feudum ab „illo, qui istud bona fide possederit, vtile ta- „men illius dominium non habuerit, *iusto* „titulo atque bona fide comparauerit, hoc „contra eum, qui de isto feudo inuestitus „fuerit, quique vtile illius rei dominium „habuerit, præscriptione longi temporis 10 „vel 20 annorum acquirere posse„ *Iure* vero *Saxonico* vti generatim ad præscriptionem rerum immobilium iuriumque 30 *anni, cum anno & die,* desiderantur, per *ius prouinc lib. I. artic.* 29; ita idem etiam spatium ad præscriptionem feudalem est applicandum; quamuis SCHRADERVS *cit. part. V. cap.* IV. *num.* 18. *seq.* iterum dissentiat, ex falsa

§. III.

Quoniam porro præſcriptio, vt paulo ante iam cognouimus, hic conſideratur, tanquam modus acquirendi feudi; conſequitur inde, neceſſariam eſſe eiusmodi poſſeſſionem, qua quis rem poſſidet animo ſibi habendi, et quidem titulo feudi. Quum autem animus, vt aliquid operetur in ſocietate ciuili, ſit declarandus; conſequitur porro, & in caſu præſcriptionis eiusmodi declarationem eſſe neceſſariam, vt inde ab iſto momento currere incipiat ſpatium 30 annorum. Ac profecto, præter ſeruitiorum præſtationem, & alii actus admittendi (e). *Tempus ex quo currat?*

§. IV.

falſa ratione, quod ius prouinciale in detrimentum iuris communis, non ſit extendendum; atque adeo hic ius Saxonicum ad allodialia reſtringendum. Secus cum CARPZOVIO ſentit, meliora edoctus, BEYERVS in *delineat. iur. feud. cap.* VII. *poſit* 17. *ſeqq.* Addatur HORNII *iurisprud. feud. cap.* XI. §. 4.

(d) Prodeſt tamen poſſeſſio defuncti etiam ſucceſſori; modo hic inueſtituram intra annum & diem petierit. *II F.* 24. *pr.*

(e) STRYKIVS itaque aliquid humani paſſus eſt, in *exam. iur. feud. cap.* XI. *qu.* 10. *& ſq.* vbi exiſtimat, præſcriptionem feudalem demum currere *ab exhibitione ſeruitiorum feudalium*; idque ob textum *II. F.* XXVI. §. *ſi quis*

§. IV.

Vtrum in feudis ecclesiasticis sufficiat?

In præscriptione rerum immobilium iuriumque aduersus ecclesias opus alias esse lapsu 40. annorum, ex *iure Iustinianeo* (f) nouimus. Et quum iure feudali de his speciatim non actum, insignisque in foris nostris fauor sit ecclesiarum; merito idem temporis spatium & ad præscriptionem feudalem applicamus. Sunt equidem, qui distinguunt (g) inter præscriptionem *rei ecclesiasticæ, qua talis, & qua feudalis;* ita quidem, vt illo casu 40. anni sint necessarii;

quis per 30. *annos.* Quamuis enim ibi exhibitionis seruitiorum mentio fiat; minime tamen simul statuitur, ab ista demum exhibitione seruitiorum præscriptionem initium capere. Neque ex isto loco apparet, hunc vnicum esse modum declarandi animum, titulo feudi possidendi. Vnius itaque positio non debet esse alterius exclusio; & sufficit, quod iste animus perspicue declaretur, veluti denegando tributa atque alia onera vulgaria, hac addita ratione, quod possessor prædium teneat, vt feudum equestre, oneribus ordinariis minime obnoxium. Quinimo potest etiam quis feudum possidere, vt francum; quali igitur quæso ratione fieri in hac specie potest, vt domino seruitia exhibeat?

(f) Vid. *nov.* 111. *it.* 131. *cap.* 6.

(g) Veluti LVDWELLVS in *synopsi iur. feud. p.* 175. & STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap.* XI. *qu.* 8.

farii; hoc non item; quum hic proprietas ecclesiæ sit salua. Verum idem & de emphyteusi ecclesiastica dici posset; quippe in qua pariter proprietas ecclesiæ sarta tectaque conseruatur. Quare ista ratiocinatio nequidem in iuris theoria aliquid habet ponderis ac momenti.

§. V.

Iurium regalium acquisitio aduersus priuatum equidem ordinario potest tempore absolui (h). Ast aduersus rempublicam opus est possessione immemoriali (i). Quod eo magis æquitati naturali est concinnum, quod possessioni immemoriali in superiore tacita derelictio respondet, quæ præscriptionem iuris gentium absoluit (k). Et quidem hæc præscriptio immemorialis est potissimum medi- *Vtrum in regalibus?*

(h) ROSENTHALIVS in *synopsi iur. feud. cap. V. conclus.* XVII. *num.* 1.

(i) *R I. de an.* 1548. §. 56. & 59. Add. ROSENTHALIVS *cit. cap. V. conclus.* XVI. & XVII. It. HORNIVS in *iurisprud. feud. cap.* XI §. 4.

(k) Quod contra THOMASIVM notandum, qui in *diss. de præscriptione regalium, ad iura subditorum non pertinente*, putat, ne quidem præscriptionem immemorialem, intuitu iurium regalium, aduersus Principem, ex principiis politicis de regulari reipublicæ statu, locum habere posse. Conf. ipsius *not. ad* HVBERVM *de iure ciuitatis pag.* 111. *lit. i*)

medium sese defendendi aduersus fisci persecutionem. Est autem præscriptio immemorialis *eiusmodi possessio diuturna, vt nulla vitiosi initii possessionis memoria extet.* Quum itaque certissimi iuris sit, regalia iura nonnunquam ciuibus, instar priuilegiorum, concedi; consequitur profecto, illi, qui possessionem immemorialem vel quasi iuris alicuius regalis demonstrauit, conducere debere validissimam præsumtionem, ius hoc olim ab antecessoribus legitimo modo, vi priuilegii, esse acquisitum, atque sic iustissimo etiam in posteros modo transmissum. Nam nihil magis etiam naturale est, quam vt ordinarie valeat præsumtio pro possessore, ipsum iure possidere; nisi contrarium demonstretur. Quod igitur multo magis in possessione immemorali debet obtinere.

§. VI.

Vtrum inuestitura sit opus?

Atque hac ratione absoluitur præscriptio; licet, inuestituram accessisse, probare possessor nequeat. Regula enim recte se habet, in modo hoc acquirendi feudi extraordinario possessorem inuestitura opus minime habere (l). Notanda tamen est regulæ limitatio: nisi forte erronea

(l) *II. F.* 26. §. 4. verbis: *quamuis de ea re non sit inuestitus.*

ronea inueſtitura anſam dederit præſcriptioni, & poſſeſſor iſtam allegauerit; tunc enim, ſi in dubium vocetur ab aduerſario, vtique eſt probanda.

§. VII.

Quæſtio etiam eſt, vtrum ad præſcriptionem feudalem bona fides requiratur, ex diſpoſitione iuris feudalis? Ego non puto. Nam *capitulum iuris feudalis Longobardici*, hac in re adduci ſolitum (m), 1) eſt extraordinarium, adeoque vim decidendi non habet; 2) agit de præſcriptione allodiali, contra tertium rei dominum perficienda. Quare nonnulli exiſtimarunt, ad præſcriptionem feudalem plane non requiri bonam fidem; in primis, quum in præſcriptione longiſſimi temporis 30 annorum nequidem iure ciuili bona fides ab initio fuerit requiſita (n). Sed negligendum hic

An bona fides hic deſideretur?

(m) *II. F.* 87. vbi, ſpecies hæc eſt: TITIVS inueſtiuit MEVIVM de prædio SEMPRONII; atque ad rem contra SEMPRONIVM præſcribendam bona fides deſideratur; quoniam, intuitu huius, res eſt allodialis.

(n) Quam ſentiam defendit STRYKIVS in *ex. J. F cap.* XI. *de præſcript. feud. quæſt.* 9. *ad leg.* 8. §. 1. *C. de præſcript.* 30 *vel* 40 *annorum* prouocans. Sed ſalua res eſt: vtique enim in ſubſidium hic eſt vocandum ius ciuile, deficiente iuris feudalis diſpoſitione. Appa-

 ret

hic non est ius canonicum, quod bonam fidem perpetuam in omni præscriptione desiderat (o). Notum vero est, quanta sit iuris Canonici autoritas.

§. VIII.

An titulus sit necessarius?

Nec titulo singulari hic opus est; quum patientia Domini, possessioni vasalli non contradicentis, sit loco tituli atque inuestituræ; modo vasallus possessionem sine vitio nactus fuerit (p). Quodsi vero contra tertium præscribere velit feudum; titulus est necessarius omnino.

§. IX.

Triplex casus feudi per præscriptionem acquirendi.

Quibus ita expositis, notandum adhuc est, tribus in casibus feudum per præscriptionem posse acquiri: 1) si quis prædium aliquod bona fide occupauerit, tanquam feudum ad se pertinens, atque

ret vero ex citata lege, bonam fidem equidem non desiderari in præscriptione 30 annorum, si quis ea tantum vti velit, instar exceptionis; secus autem se rem habere, si quis ex dominio, velut per præscriptionem acquisito, actionem in rem velit instituere. Quod applicandum est ad præscriptionem feudalem.

(o) In *capit. fin. X. de præscript.*

(p) Si tamen Dominus seruitia deinde a tali possessore acceperit, vel ipsum saltem inuestiuerit; vitium censetur purgatum. BEYERUS in *delineat. iur. feud. cap. 7. posit.* 40.

atque id ipſum per legitimum tempus poſſederit; 2) ſi quis prædii alicuius dominium directum bona fide ſibi vindicauerit, ac pariter, ſine contradictione poſſeſſoris, per legitimum temporis interuallum, exercuerit; denique 3) ſi quis veri feudi poſſeſſionem, velut putatiuus ſucceſſor, bona fide occupauerit, eandemqne aduerſus verum ſucceſſorem feudalem, ius tamen ſuum plane non vrgentem, legitime continuauerit.

§. X.

De feudis equidem Imperii pariter affirmatur, poſſe eadem quoque præſcriptione acquiri aduerſus Imperatorem atque Imperium: ſed non, niſi poſſeſſione immemoriali (q); quippe quo caſu poſſeſſor nulla iuris ratione ad docendum acquirendi modum compelli queat. Verum enim vero licet hæc in abſtracto, vt loquimur, ſatis cohæreant; vix tamen ac ne vix quidem vſum habebunt pragmaticum. Quemadmodum enim ſupra cognouimus, Imperatorem ne diſerta quidem voluntate feuda Imperii maiora poſſe alicui conferre; ita nec tacita, quæ in præſcriptione ponitur, id ipſum poterit contingere. *Applicatio ad feuda Imperii.*

O 5 *CAPVT*

(q) V. C. KEMMERICHIVS in *iur. publ. lib.* IIX. *cap.* XI. §. 21. It. in *diſſertat. de ſtat. reip. German. feudal. cap.* II. *th.* 13.

CAPVT X.
DE SVCCESSIONE IN FEVDA.

§. I.

Primi vasalli exsules successionis.

Initio nullam in feuda successionem locum habuisse, certissima historiarum fide nouimus. Annalem autem feudorum fuisse tantum possessionem, quae iuris Longobardici est fabula (a), genuina historiarum monumenta prorsus ignorant. Incertum potius ac pene precarium fuisse primis beneficiorum in Regno Francico possessoribus, Ducibus inprimis & Comitibus, ius, vt, & sine fidei violatione, pro Regum arbitrio, salua tamen prudentiae regula, ablata fuerint, vel saltem a vasallorum obitu exspirauerint; id quidem alibi (b) satis iam demonstraui.

§. II.

De aetate Carolingorum.

Sub Carolingis vero filiis militum bene meritorum feuda vix fuere ablata. Cauendum tamen est, ne quis inde concludat, tempore Carolingorum filiis iam verum in feuda succedendi ius fuisse; quippe quod historiarum monumentis omnino repugnat. Id tantum moris esse coepit, ne facile filio capaci feudum fuerit

(a) *I. F. I. §. 1.*
(b) In *differt. de orig. & prima indole feud. Imperii* §. 27. *& seq.*

fuerit denegatum; quod tamen nihilominus Regis gratiæ magis, quam certo ſucceſſionis iuri, acceptum ferre debebat. (c).

§. III.

De Conradi II. constitutione.

Temporis autem lapſu pedetentim ſucceſſio filiorum vſu obtinere cœpit; quem

(c) Qua de re conferri meretur GVNDLINGIVS in *Gundlingianis Part. XV. obſeru.* 2. §. 9 *ſeqq.* Id ſaltem locus ODONIS CLVNIACENSIS ibidem adductus probat, Regem CAROLVM SIMPLICEM paſſum non fuiſſe, *vt quilibet ſenior beneficia vaſſis ſuis, pro arbitrio, potuerit auferre.* Quæ verba ego de ſubuaſallis intelligo; quum CAROLVS SIMPLEX ſibi ipſi legem non dixerit. Ea autem, quæ ex *I. F. I.* §. 1. in medium producuntur, de primis Capitaneorum beneficiis accipio; quum Regum interfuerit maximopere, ne vicarios in prouinciis, maxime in diſſitis, haberent perpetuos; Regiæ poteſtatis facile æmulos. Conf. ALTESERRA *de Ducibus & Comit. lib.* III. *cap.* 20. *ab initio p m.* 418. *ſeq.* Sed hoc ita deinde mutatum eſſe, vt Princeps Capitaneos ſuos, ſine eorum culpa, in Regno Longobardorum deueſtire nequiuerit, ex *I. F.* VII. cognoſcimus, Quinimo & *in Franciæ Regno*, labente Regum *Secundæ Stirpis* Imperio, & Carolo Simplici precario fere regnante, (vt verba habent ALTESERRÆ ante cit. *Libr.* I. *cap.* V. *p. m.* 26.) facile *Duces & Comites* prouinciales *præfecturas* iure *dominii* ſibi vindicare, easque transmiſere ad ſuos heredes, Regios vaſſos ſuos fecere.

quem CONRADVS II. ſingulari conſtitutione confirmauit. Scilicet mos irrepſerat quidam in Longobardiam, vt minoribus vaſallis, nulla culpæ ratione habita, ablata fuerint feuda a dominis (d). Verum hoc ægre admodum tuliſſe vaſallos, & coniurationem iniiſſe, necnon tandem ad CONRADVM II. prouocaſſe, atque hunc in Italiam progreſſum legem hac in cauſa dixiſſe, teſtis eſt Wippo (e).

§. IV.

(d) Quod etiam cognoſcimus ex *I. F.* VII. Conf. BITSCHII *comment. in conſuetudines feud. ad cap. cit. p.* 108.

(e) In vita CONRADI *Salici*, apud PISTORIVM *tom.* III. *edit. Struu. p. m.* 480. Conf. HERMANNVS CONTRACTVS in *Chronico ad annum* 1035. & *an.* 1037. *apud eundem tom.* I. *p. m.* 278. & *ſequ.* Paret vero inde, legem hanc latam eſſe *poſt ſecundam* Imperatoris in Italiam *expeditionem*, anno 1037. Quare SCHILTERVS, qui in *inſtit. iur. feud. cap.* III. §. 4. annum 1027. poſuit, aliquid humani eſt paſſus. HÆPIDANVS quoque, cœnobita Sti Galli, in *annalibus breuibus rerum in Alemannia geſtarum*, agud GOLDASTVM inter *ſcriptores rerum Alemann. primus, tom.* I, *ad annum* 1041. eiusdem coniurationis nouæque legis a Rege ſancitæ meminit; licet errorem calculi admiſerit; niſi forte editoribus hic ſit tribuendus. Ceterum ipſa lex CONRADI ex parte legi poteſt *I. F.* I. § 2, plenior autem *libro V. F. tit.* I. Add. THOMASII *Selecta feudalia, pag.* 155.

§. IV.

Verum vniuersalem illius constitutionis vsum, saltem per Germaniam, non statim obtinuisse, exemplum docet GVELPHI IV. Bauariæ Ducis; quippe qui, quamuis anno 1096. in Ducatum iam restitutus esset; anno tamen 1098. ab Imperatore HENRICO IV. demum impetrauit, vt vnus ex filiis suis successionem in Ducatum nancisceretur (f). *De eius vsu.*

§. V.

Succedendi vero modus triplex euasit, vt vel ex *lege*, vel *pacto*, vel *testamento* in feuda soccedatur. Nobis primo *Succedendi modus triplex.*

155. *seqq.* It. V. C. SCHAVMBVRGII *de auctoris veteris, de beneficiis, vetustate, pag.* 7. *seqq.*

(f) Testis est CONRADVS A LICHTENAV, Abbas Vrspergensis, in *Chronico ad annum* 1098. Testimonia alia adposuit PFEFFINGERVS in *Vitriar. illustr. tom. II. p.* 437. *col. a.* Conf. etiam GVNDLINGIVS in *diss. de feudis vexilli* §. 26. *p.* 57; vbi hanc defendit sententiam, nondum obtinuisse iure certo, vt beneficia relinquerentur liberis, donec LOTHARIVS *Saxo sceptra capessiuerit.* Add. etiam SCHANNATIVS in *clientela Fuldens. benefic. part.* I. *c.* 2. *p.* 4. in medio, vbi ostendit, post obitum Regis CONRADI, nempe anno 1048, in feudis etiam minoribus Fuldensibus pacto adhuc opus fuisse, ad feuda in filios transmittenda.

mo hic loco de ſucceſſione ex lege agendum. Et quidem ſucceſſio eſt modus acquirendi deriuatiuus. Quod & certa ratione de inueſtitura pariter, ac præſcriptione affirmandum.

§. VI.

De ſucceſſione filiorum.

Ex lege vel moribus, in ſucceſſione primus eſt deſcendentium ordo; & quidem primi acquirentis deſcendentes maſculi hic intelliguntur; & quamuis vltimo poſſeſſori proxime ſuccedant; ita tamen hoc fit, vt ius ſuum a primo acquirente deriuent. Qua in re potisſimum ſucceſſio feudalis diſtat a ſucceſſione in hereditatem vulgarem; quippe quæ a beneficio proxime defuncti, cui ſucceditur, eſt deducenda.

§. VII.

Et quidem naturalium ac legitimorum.

Neque liberi adoptiui hic admittuntur; ſed quos pater ex legitimo coniugio naturaliter procreauit (g); quoniam alias in fraudem iuris aperturæ adoptio verti poſſet callidiſſime. Quodſi vero Dominus, qui abſoluto pollet Imperio, in eiusmodi ſucceſſionem filii adoptiui conſenſerit ſigillatim; vel etiam feudum fuerit mere hereditarium: ſecus eſt pronunciandum. Præterea ex dictis iam patet, filios tantum ſuccedere legitimos

(g) *II. F. 26. §. adoptiuus 8.*

timos, (eheliche Leibes=Lehens-Erben,) atque excludi omnino illegitimos (h); nisi per subsequens matrimonium, aut per rescriptum Principis, absoluta potestate legislatoria pollentis, vt ordinem succedendi consuetum pro arbitrio mutare queat, fuerint legitimati (i).

§. VIII.

(h) *II. F.* 26. §. *naturales* 10. AVCT. VET. *de benefic. cap. I.* §. 4. *J.* F. *S. cap.* 2. *pr. J. F. A. cap. I.* §. 4.

(i) Atque intuitu legitimatorum per subsequens matrimonium, hæc redditur ratio: quod in omnibus legitime natis æquiparentur. CARPZOVIVS *part.* III. *constit.* XXIIX. *def.* 17. G. A. STRVVIVS in *syntagm. iur. feud. cap.* IX. *thes.* 3. *num.* 12. Apud Nobilem Dom. a ZERGER in *cod. iuris Alemannici, tam prouincialis, quam feudalis* prostat capitulum, de legitimatis per subsequens matrimonium, hunc in modum conceptum: Hat ein Mann eine Frau zu lediglichen Dingen, und hat Kinder bey ihr, wenig oder viel, und nimmet er sie hernach zu rechter Ehe, was sie Kinder lediglichen mit einander gehabt haben, da sie einander zu der Ehe nahmen, da sind sie alle rechte Ehe-Kinder worden, und erben Eigen und Lehen ꝛc. Similia habet GLOSSA ad *lib. I. J. Sax. prov. art.* 37. apud ZOBELIVM *pag.* 108. Obgleich ein Mann ein Frau bey ihm hat zu unredlichen Dingen, oder ausserhalb der Ehe, und zeuget Kinder mit ihr, viel oder wenig, wenn er sie darnach zu der Ehe nimmt, wie viel sie der unehelichen Kinder hatten, ehe sie in die

§. VIII.

De adoptiuorum succ. in feuda Imp.

Regula, de adoptiuis ante posita, & ad feuda Imperii est applicanda: nam & litteræ clientelares, intuitu horum da-

die Ehe träten, dieselben **werden darnach alle ehelich und erben *Eygen und Lehen,*** gleich als wol, als die, so sie darnach in der Ehe gewonnen. Interea ad mores prouinciæ forte singulares hic etiam caute est attendendum. Sic in *Ducatu Brunsuicensi & Pomeraniæ* &c. ad successionem non admissi. LÜNIGIVS in *corp. iur feud. Germ. tom. II. p.* 1117. *it. p.* 1418. In Saxonia, quoque Electorali, MAVRITII Electoris *Ordinatio politica de anno* 1543. *tit.*: **von denen aus der Ritterschafft, welche Kinder ausser der Ehe zeugen, und ihr Lehn-Gut auf sie erben wollen**, hæc constituit: Wiewol Wir denen von der Ritterschaft, oder andern unsern Lehen-Leuten, die Ehe mit den Personen, mit welchen sie vor der Ehe Kinder gezeuget, nicht verbiethen; so wollen Wir doch hinfürder, auf Ansuchen und Bitte, so mehrmahls durch Unsere Landschafft, und den grossen Ausschuß derselben, unterthäniglich vorgewandt, keinen unsern Lehn-Mann, derer Kinder halber, anders, denn **vor sich, und seine eheliche gebohrne Leibes-Lehens-Erben**, beleihen. COD AVG. *tom. I. p.* 19. Idem etiam Elector MAVRITIVS, cum fratre AVGVSTO eadem repetiit, in dem Ausschreiben *de anno* 1552. So beleihen Wir hinfürder unsere Lehn-Leute, und mit ihnen keine andere, denn **ihre männliche eheliche gebohrne Leibes-Lehens-Erben.** *Ibid. p.* 32.

datæ, liberorum ex iusto coniugio natorum (ehelicher Söhne) mentionem faciunt. Neque solius ad eiusmodi successionem *in feuda imperii maiora* Imperatoris voluntas sufficere poterit; quoniam ipsius potestas in feudis eiusmodi largiendis, vt supra iam cognouimus, ad Ordinum Imperii consensum est adstricta (k).

§. IX.

De legitimatis per subsequens matrim.

De legitimatis per subsequens matrimonium non vna est omnium sententia. Sunt, qui quæstionem affirmant (l); sunt &, qui negant (m). Quoniam vero silent hac de re leges Imperii publicæ; deficitque etiam certa Imperii obseruantia; *ius* autem *feudale Longobardicum*, quod in subsidium est receptum, omnes omnino legitimatos successionis exsules esse iubet; neque hoc statui Imperii nostri est aduersum; mihi arridet negantium sententia; & quidem eo magis, quo certius est, antequam istud iuris Romani

(k) Per Capit. CAROLI VI. *artic. XI.*

(l) MYLERVS ab Ehrenbach in *gamalogia personarum illustr. Cap. XXIII.* §. 4. *it. Cap. XXIV.* §. 2. ITTERVS *de feud. Imp. cap. XIV.* §. 2.

(m) Illustr. Dn. MOSERVS *sæpe cit. loc. Cap. III.* §. 15. *p.* 269. *seqq.* V. C. BAVERVS in *diss. de success. legit. per nuptias, exsule in feudis.*

mani inuentum, cum ipſo iure Romano & Pontificio, ad Germanos tranſiit, his omnem plane ignotam fuiſſe legitimationem, ac iuri beneficiario omnino aduerſam; quippe quod natalium ſplendorem tanto habuit in pretio, vt ne quidem liberis, ex vero, ſed inæquali coniugio, ſuſceptis, ſucceſſionem in feuda permiſerit.

§. X.

Quid de iure primogenituræ tali in caſu cenſendum?

Id interea extra dubitationis aleam poſitum mihi videtur, Principem hereditarium, poſt illegitimum equidem, ſed ante tamen eius legitimationem natum, caſu ſucceſſionis exiſtente, iure primogenituræ gaudere debere (n): hoc enim non tam phyſice hic eſt ponderandum; ſed potius politice ac iuris publici æſtimatione; quæ hac potiſſimum ratione nititur, quod ille iam cum ipſa ſua natiuitate primogenitus legitime ſit habitus; atque adeo ius iſtud, ipſi inuito per legitimationem ſubſequutam, quæ eſt inſtar priuilegii, haud potuerit auferri.

§. XI.

(n) ITTERVS *cit. cap. XIV. §. 3.* Fruſtra diſſentit STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap* XV. *num* 38. *b.* Quid actum in cauſa ALBERTI degeneris, Thuringiæ Landgrauii, exponit Illuſtr. Dn. de LVDEWIG in *comment. ad A. B. tit. VII. §. 2. pag.* 674. *ſeq.*

§. XI.

De legitimatis per rescriptum Imperat.

Praeterea ego nullus dubito, quin Imperatori neganda etiam sit potestas, eum in modum legitimandi, vt per rescriptum ipsius disertis verbis ita legitimati & in feuda Imperii maiora, in detrimentum agnatorum, succedere queant (o). Nam Imperatori non licet, per Capitulationem suam, leges Imperii publicas atque obseruantiam, quibus & ordo succedendi in feuda Imperii est definitus, pro arbitrio mutare, ac feuda Imperii maiora, cui libuerit, largiri (p).

§. XII.

De filiis ex polygamia susceptis.

Quemadmodum porro & polygamia ad coitus pertinet damnatos; ita profecto nullum est dubium, quin filii ex eiusmodi coitu suscepti exsules esse debeant successionis; quum, ex principiis iuris, omnino sint illegitimi (q).

§. XIII.

(o) Vid. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *cit. comment. ad A. B. tit. VII. §. 1. pag. 679 seq.* It. Illustr. Dn. MOSERVS *cit. loc. cap. III. §. 16. 17. 18. p. 274 seqq.* Dissentit, sine iustis caussis, ITTTERVS *de feud. Imp. cit. cap. XIV. §. 6. & 7.* cum aliis, quos adduxit, Iureconsultis.

(p) PACIF. OSNABR. *artic. IIX. §. gaudeant 1.* CAPIT. CAROLI VI. *artic. XI.*

(q) Quod & LVTHERVS in iudicio suo de PHI-

§. XIII.

De filiis, post diuortium primae vxoris, susceptis.

Nec minoribus dubiis obnoxia foret species: Si Princeps Euangelicus, nuntio legitimae coniugi misso, aliam duxisset, atque ex hac filios suscepisset; licet, ex principiis ICtorum Euangelicorum, posita iusta diuortii causa, dubia cuncta facile solui queant. (r)

§. XIV.

De incestuosis atque adulterinis.

Et quum illegitimorum nomine etiam comprehendantur incestuosi omnes, atque adulterini; per se patet, nec hos ad successionem feudalem esse admittendos. Quoniam autem ius Canonicum valde extendit incestum; ac nostri Imperii Principes Euangelici a potestate Papali, iurisque canonici auctoritate omnino sunt liberati; consequitur profecto, ipsis nec alium incestum, nisi iure diuino

LIPPI MAGNANIMI polygamia satis perspexit, *tom. VII. Ienensi fol.* 425. inquiens: Von dem Land-Grafen will ich nicht reden. Er ist Manns genug. In Hessen weiß ich von einer Land-Gräfin, die da ist, und soll heissen Frau und Mutter in Hessen. Wird auch keine andere mögen junge Land-Grafen tragen und zeugen. Ich meyne die Hertzogin, Hertzog Georgen zu Sachsen Tochter. Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG *cit. loc. p.* 675. *seqq.*

(r) ID. *ib. pag.* 677.

diuino diſertis verbis prohibitum, impedimento in ſucceſſione eſſe poſſe (s).

§. XV.

Poſt hæc liberi quoque, ex matrimonio morganatico ſuſcepti, ſucceſſionis in feuda exſules eſſe debent. Eſt autem matrimonium ad morganaticam, ſeu morgengabicam, (t) *cui pactum acceſſit* *De filiis morganaticis.*

(s) ID *ibid. p.* 678. *ſeq.* Illuſtr. Dn. MOSERVS *cit. loc. cap. III.* §. 15. *pag.* 272. *ſeqq.*

(t) *II. F.* 29. L. B. de SCHENCK in *comment. ad conſuet. feud. lib. III. tit. VII.* teſtatur, antiquiſſimum ſe vidiſſe codicem, in quo *matrimonium ad margengabicam* lectum fuerit. Fuit autem morgengaba, antiquioribus etiam Germaniæ moribus, *matutinale donum, aut altero nuptiarum die nouæ coniugi datum, aut ſaltem promiſſum.* Quod vocabulum quamuis nonnunquam pro dotalitio vſurpatum fuerit, adnotante B. G. STRVVIO, in *iurispr. feud. cap. VII. ad* §. 1. *p.* 210; hoc tamen abuſiue factum; atque adeo cauendum, ne quis exiſtimet, hæc eſſe ſynonyma: docent enim monumenta, tam antiquiora, quam recentiora, veluti pacta dotalia plurima, inſigne inter morgengabam & dotalitium intercedere diſcrimen. Nempe in matrimoniis perſonarum illuſtrium ac nobilium æqualibus & ſolennibus viitatum & olim fuit, & hodie paſſim eſt, vt ſponſus, in pactis dotalibus, futuræ coniugi vtrumque promittat, & *morgengabam*, (quam paulo ante definiui,) & *dotalitium*, quod in caſum mortis mariti conſti-

cessit disertum, ne mater æque, ac liberi, dignitatis maritalis & paternæ participes fieri, nec liberi, ex isto coniugio prodituri,

constituitur. Illius plenum in vxorem transit post traditionem dominium; quo deficiente, ex promissione peti potest, modo conscensio thalami fuerit peracta, stragulumque obductum, (wenn nur das Ehebette beschritten und die Decke beschlagen;) licet copula carnalis non fuerit secuta. Dotalitii autem vsufructu, post mortem mariti, vidua gaudet. Rem optime illustrauit GVNDLINGIVS in *dissert. de emtione vxorum, dote, & morgengaba cap.* 3. & 4. Quoniam autem matrimonium ad morganaticam, vt supra iam monui, verum est coniugium; consequitur, perperam id ipsum, tanquam iuri diuino naturali contrarium, reiici; vt fecit auctor des unmaßgeblichen Gutachtens über die Ehen nach morganatischem Recht, apud LÜNIGIVM, in den Staats-*Consiliis, tom. II. p.* 1558. Nempe eiusmodi auctores male arbitrantur, iuris esse diuini naturalis, vt vxor ac liberi participes fiant dignitatis mariti ac patris; nec non, vt vidua iustum etiam, pro ratione huius dignitatis, dotalitium accipiat, liberique patri heredes existant. Verum enim vero suauia hæc sunt somnia, neque quisquam probabit vnquam, DEum iure naturali talia præcepisse. Cognoscimus enim ope rectæ rationis, dignitates a DEO non esse constitutas; sed moribus ciuilibus arbitrariis introductas, post conditas ciuitates; ac pari quoque modo se rem habere cum successione; siue legitima, siue testamentaria; parentes

dituri, in feuda, aut alias terras succedere queant; sed prouisione quadam ipsis adsignata contenti esse debeant. Die Ehe an die lincke Hand. Quod quidem coniugium verum est, nec cum concubinatu confundendum; quoniam verus declaratur consensus coniugalis; sed non est iustum, seu ciuile ac solenne. Qualia matrimonia sæpius, in emolumentum vel liberorum prioris coniugii, vel agnatorum, a statibus Imperii nostri sunt contracta.

§. XVI.

De liberis ex inæquali coniugio natis.

Eadem est ratio liberorum ex matrimonio inæquali procreatorum (u). Quam-

parentes vero regula amoris tantum obligari, vt liberis prospiciant de sustentatione; quod etiam in pacto morganatico rectissime ordinatur. Neque rem acu tetigit STRYKIVS, qui in *exam iur. feud. cap. VII. qu. 6.* existimat, *pactum morganaticum continere tamen diffidentiam erga DEvm.* Omnis enim fiducia in DEvm proponit eius promissionem. DEVS autem nullibi promisit, se cunctos Principum liberos, quotquot eorum fuerint, pro dignitate Principali, quam lautissime alere velle.

(u) *J. F.S. cap. XX.* Wo aber ein Sohn seinem Vater nicht ebenbürtig ist; so mögen des Vaters Lehnmannen zu Recht wohl wegern, von dem Sohn ihr Gut zu empfahen ꝛc Paria habet *J. F. Alem. cap.* XL. Wo der Sun

inaequalitas repugnauit moribus Germaniae, inde ab antiquis temporibus. Notatu dignus eſt locus ADAMI BREMENSIS, (qui circa finem ſeculi XI. vixit & ſcripſit): „nobilis nobilem ducat; li„ber liberam; libertus libertam; ſer„vus ancillam (y)„. Neque iuuat filios, ex eiusmodi coniugio natos, ſi poſtea ab Imperatore ad dignitatem Principum euecti fuerint, cum facultate ſuccedendi; niſi conſenſerint agnati, quippe quibus ius iam legitime quaeſitum inuitis nec ab Imperatore poteſt aufferri.

§. XVII.

De nato ſponſa. Quodſi poſt ſponſalia ſponſus, peregre abſens, morte impeditus fuerit, quo minus benedictione ſacerdotali matrimonium rite conſummauerit, ac praegnantem interea reliquerit ſponſam, quae filium poſtea peperit; de hoc quaeſtio eſt: vtrum ad ſucceſſionem admitti queat? Quam affirmare ſolent Interpretes; nec ſine ratione. Quoniam enim defunctus parens ritum benedictionis ſacerdotalis nec contemſit, nec neglexit; ſed

(y) Quem locum optime illuſtrauit V. C. KOPPIVS in *tract. de differentiis S. R. I. Comitum & nobilitatis immediatae Sect. III* §. 5. vbi ſimul oſtendit, matrimonia inaequalia etiam poenis moribus Germaniae fuiſſe notata.

§. XIX.

Quodſi vero catholicus Princeps, conſecratione presbyteri nondum tinctus, diſpenſante ſummo Pontifice, ordines ſacros depoſuerit; atque adeo impedimentum ceſſauerit; nullum eſt dubium, quin in Electoratum, aut Principatum ſecularem, prout occaſio tulerit, ſuccedere queat. Quoniam autem, caſu ſucceſſionis iam exiſtente, proximiori agnato præſens ſtatim ius eſt quæſitum; prudentius agit eiusmodi Princeps eccleſiaſticus, vt mutationem ſtatus ante iſtum perficiat. Alias enim proximiori agnato ius iam quæſitum inuito non poterit auferre. *Quidſi diſpenſauerit Papa?*

§. XX.

Sed Principibus noſtris Euangelicis conditio eccleſiaſtica nullatenus poteſt obſtare, quo minus in Electoratus, vel Principatus ſuccedant; quum nullis ordinibus ſacris ſint imbuti, nec ab Epiſcopis Catholicis clericorum numero æſtimentur. Quare anno 1598. Archi-Epiſcopus Magdeburgenſis atque Epiſcopus Hauelbergenſis, IOACHIMVS FRIDERICVS, Electoratum quoque Brandenburgicum acquiſiuit. Pariter Adminiſtrator Epiſcopatus Martisburgenſis, IOHANNES GEORGIVS, Elector Saxoniæ euaſit anno 1611. Quid? quod Imperator *De Principibus Euangelicis.*

Imperator LEOPOLDVS Ducem Brunsuico-Luneburgicum, ERNESTVM AVGVSTVM, Episcopum Osnabrugensem, nonum creauit Electorem; qui & vtrumque tum Episcopatum, tum Electoratum, ad mortem vsque suam possedit (ee).

§. XXI.

De aliis causis negatæ successionis.

Præterea alii excluduntur ob insignem animi corporisque defectum, ob quem ad seruitia præstanda sunt inepti; quales sunt furiosi, mente capti, cœci, surdi &c. (ff). Quod si itaque filius ob eiusmodi vitia a successione est arcendus, necesse est, vt tempore delationis vitium iam adsit: ob malum enim, casu fortuito superueniens, feudo non potest priuari (gg).

§. XXII.

(ee) Illustr. Dn. MOSERVS cit. *cap. III.* §. 8. *p.* 253. *seqq.*

(ff) *II. F.* 36. *Jus Sax. prov. artic. IV*: Uppe Altvile unde uppe Dwerge stirft weder Lehn noch Erve, noch uppe Kropeln Kint ꝛc. Aliud videtur disponere *ius feud. Alem.*: ein Herre mag dem Mann sin Lehen nüt genemmen, noch verziehen, ob er blind ist, oder siner Glied mangelt, oder müselsüchtig würt, oder was süchtagen er gewinnet. Sed sermo ibi est de malo superueniente. Conf. SCHILTERVS in *comment. ad cap. cit.*

(gg) HORNIVS in *iurisprud. feud. cap. XV.* §. 13.

§. XXII.

Quam iuris & Germanici & peregrini dispositionem A. B. (hh) eum in modum probauit, vt disertis verbis statuerit: „*Primogenitum filium succedere debere in Electoratus; nisi forte mente captus, fatuus, seu alterius famosi & notabilis defectus existeret, propter quem non deberet, seu non posset hominibus principari.*„ Quae quamuis de solis Electoratibus agant verba; nullum tamen est dubium, quin, ob rationis paritatem, & ad Principatus quam commodissime possint applicari. *Applicatio ad feuda Imperii.*

§. XXIII.

Filiae quoque, per iuris feudalis regulam, a successione hac excluduntur: feuda enim data sunt, intuitu officiorum, quorum foeminae erant incapaces; praeterea familiae conseruandae caussa concedebantur; filiae autem nubendo alias propagabant familias. Quare & nepotes ex filiabus exsules esse debent. Atque haec regula applicanda; licet quis pro se & *heredibus* suis (für sich und seine Erben) inuestitus fuerit; quum vox heredum, pro substrata materia, atque adeo de ordinario successore feudali, sit intelli- *Foeminae etiam exclusae.*

(hh) *Tit.* XXV. §. 3. ibique Illustr. Dn. de LVDEWIG in *comment. pag.* 477. *seqq.*

intelligenda Secus vero se res habet, si quis inuestitus sub hac fuerit formula: für sich, seine Erben und Erbnehmen: tunc enim quicunque heredes vulgares admittendi. Alias feuda tamdiu *praesumuntur esse masculina*, donec fœminarum ius succedendi probetur.

§. XXIV.

Secus in Belgio. Quæ tamen regula suas passim accepit limitationes, pro diuersis prouinciarum consuetudinibus. Sic *Geldriæ* ac *pene totius Belgii* feuda ita sunt comparata, vt & fœminæ successionis habeantur capaces; quod & de principalibus verum est territoriis. Vnde in historiis Geldriæ, Brabantiæ, Luxenburgi, Flandriæ, Hannouiæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Zütphaniæ, ac Namurci plures fœminæ recensentur successores. Sic & per MARIAM, vnicam CAROLI AVDACIS filiam atque heredem, *Belgicæ prouinciæ* ex domo Burgundica ad Austriacam transierunt (ii).

§. XXV.

(ii) FREDERICI A SANDEN *comment. in Geldriæ &c. consuet. feud. tit. III. cap. I. §. 1. num. 18. pag. 52.* Add. RHETII *dissertat. de feudis, Cliuensium, vel Zutphaniensium more concessis.* In Ducatu *Westphaliæ*, nec non Comitatu *Arnsbergensi*, fœminæ etiam remotioribus præferuntur agnatis. LÜNIGIVS in *corpore iur. feud. Germ. tom. I. p.* 1471.

§. XXV.

De feudis quoque ecclesiasticis passim inculcatur doctrina (kk), quod pleraque sint fœminina; adeoque & in dubio talia merito præsumantur. Cuius doctrinæ ratio hæc reddi solet, quod pleraque sint oblata. Verum enim vero vti nec oblatio, quippe quæ & facti est dubii, præsumenda; ita si vel maxime de hac satis constiterit; minime tamen inde sequitur, & fœminas esse successionis capaces. Quamuis enim fieri potuisset, vt offerentes hanc sibi conditionem *De feudis ecclesiasticis.*

1471. *seqq.* In *Silesia* pariter admittuntur ad successionem, deficiente stirpe masculina. IDEM *ibid. tom. II pag.* 248.

(kk) Vid. FRID. a SANDEN *cit. tit.* & *cap.* § 7. *p.* 65. *seq.* WERNERI THVMMERMVTII *tractatus*: Krumstab schleusst niemand aus 2c. Vt autem controuersiam, quæ Electori Coloniensi cum vasallis suis de feudorum conditione diu intercessit, quis eo melius intelligat, addendum est scriptum, illi oppositum, sub rubro: Cöllnischer Krumstab schleußt die Weiber aus. Das ist: klare Vorstellung, daß die Ertz-Stifft-Cöllnische Lehen regulariter auf den Mann-Stamm allein gewidmet, und nach dessen Abgang dem Ertz-Stifft ipso facto zurück fallen, recus. Hildes. 1725. Conf. quoque Thomasische *Bibliothec tom. II. pag.* 1025. *seqq.* It. vermischte *Bibliothec. tom. I. pag.* 765. *seqq.*

nem ſint ſtipulati; a potentia tamen ad actum non valet concluſio. Oſtendi enim poteſt, atque oſtenſum iam eſt alibi (ll), non paucos dari Epiſcopatus ac Prælaturas, in quibus pleraque feuda ſint maſculina. Quare ad ſtatum cuiusuis prouinciæ eccleſiaſticæ feudalem potius in eiusmodi controuerſiis eſt attendendum, ac ſedulo inueſtigandum, vtrum pleraque eiusdem feuda vere ſint fœminina. Conſtat etenim *Hildeſienſia, Halberſtadienſia, Magdeburgenſia, Herbipolenſia, Bambergenſia, Eichſtadienſia, Moguntina, Wormatienſia, Spirenſia, Auguſtana, Conſtantienſia, Eluangenſia, Campidunenſia, Paſſauienſia, Salisburgenſia*, ac fere cuncta *Saxoniæ*, tum ſuperioris, tum inferioris, *Franconiæ, Sueuiæ, Bauariæ*, tractusque *Rheni ſuperioris* feuda eſſe maſculina; atque ex oppoſito *Metenſia, Colonienſia, Corbeienſia, Vltraiectina, Monaſterienſia, Osnabrugenſia, Hirſchfeldenſia, Fuldenſia* eſſe fœminina.

§. XXVI

De feudis Fuldenſibus. Ad feuda fœminina pertinent etiam feuda Fuldenſia. De quibus SCHANNATIVS

(ll) A celeb. ICto Helmſtadienſi, IO. PAVLO KRESSSIO in *erudita diſſertat. prooem. ad Thummermuthium §. 59. ſeqq.*

NATIVS (mm) docet, eadem olim etiam in ſolos tranſiiſſe maſculos; ſeculo autem XIV. ex indulgentia Abbatum ſingulari, rem eum in modum eſſe mutatam, vt pleraque feuda Fuldenſia reddita ſint fœminina. Monet vero ſimul, non nimium fiduciæ in vulgari ſententia eſſe collocandum, ac ſi omnia feuda eſſent fœminina, quæ ſub hac formula data ſint: Nach Fuldiſcher Lehn Art, Rechten und Herkommen. Produxit enim in medium exempla feudorum certiora, quæ ſub iſta formula data atque accepta fuerint, ac nihilominus in ſolos maſculos tranſierint. Interea tamen, me iudice, ex eiusmodi formula in dubio feudum præſumendum eſt fœmininum, donec demonſtretur contrarium; quoniam pleraque feuda Fuldenſia ſunt fœminina, ipſo SCHANNATIO non negante; in dubio autem, quod frequentius eſt, merito præſumendum. Præterea (nn) errores Doctorum notat, qui arbitrentur, in feudis Fuldenſibus neutrum ſexum alterum excludere; ſed vbique fœminas cum masculis, tam in linea recta, quam obli-

(mm) In *clientela Fuldenſi beneficiaria*, im Fuldiſchen Lehn-Hofe, *part. I. cap. II. §. 2. ſeqq.*

(nn) *Part. I. cap. III. §* 4. *pag.* 24. *ſeqq.*

obliqua, concurrere, fine difcrimine. Id tamen certum eft, atque vfu continuo corroboratum, vt in linea recta, quamdiu fuperftes eft filius, femper filiæ a fucceffione tantisper excludantur; deficientibus autem filiis, demum fuccedant; in linea vero transuerfa, fœmina proximior excludat mafculum remotiorem, ac pares linea & gradu vna cum masculis fuccedant (oo).

§. XXVII.

De feudis Imperii foemininis. In feudis quoque Imperii regula de feudis mafculinis obtinet. Interea non defunt exempla feudorum Imperii fœmininorum (pp). Pertinet huc 1) BOHEMIAE regnum; 2) Archi-Ducatus *Auftriæ*; 3) Comitatus *Tyrolenfis;* 4) *Carinthiæ* Ducatus; 5) Ducatus *Brunfuicenfis*

(oo) Conf. V. C. ESTOR in *in analectis ad clientelam Fuldenfem benefic. Sect. I. §. 3. feqq.* Vbi fimul cauffas, pro mulierum fucceffione militantes, exponit *pag. 29. feqq.* Addatur quoque *Sect. II. obferuat. IV. feqq. pag. 44. feqq.*

(pp) ITTERVS *de feud. Imp. cap.* XIV. §. 11. *feqq.* Illuftr. Dn. MOSERVS in *introd. ad proc. iud. Aul. Imp. tom. III. cap. III. §. 19. feqq. pag. 277. feqq.* It. PFEFFINGERVS in *Vitr. illuftrato lib. III. tit.* XX. §. 35. *feq. pag.* 162. *feqq. Volum. IV.*

tenſis (qq); 6) Ducatus *Iuliacenſis*, *Cliuenſis* & *Bergenſis* (rr); 7) Ducatus *Mompelgardenſis*, 8) Ducatus *Teccenſis*; 9) Ducatus *Mediolanenſis* (ss); 10) Dutus *Montisferratenſis* (tt); 11) Comitatus *Riet-*

(qq) Vide litteras clientelares FRIDERICI II. OTTONI PVERO menſe Auguſto 1235. datas, apud LÜNIGIVM in *Archiuo Imper. part. ſpec. ſub voc. Brunſv. & Luneb. p.* 3.

(rr) TESCHENMACHERI *annales Cliuiæ, Juliæ, Montium, Marcæ, Weſtphaliæ &c.* vbi variis monumentis rem confirmauit

(ss) Ducatum Mediolanenſem feudum eſſe Imperii maſculinum, Imperatores quidem, MAXIMILIANVS I & CAROLVS V. vna cum Imperii Ordinibus aduerſus Regem Galliarum LVDOVICVM XII. ſtrenue contenderunt. Vid. ITTERVS *cit cap.* XIV. §. 11. Sed deinde CAROLVS V. ſententiam mutauit, atque in diplomate, filio PHILIPPO II. de inueſtitura huius Ducatus d. d. 12. Decembr. 1549 ſub nomine *aureæ bullæ* dato; quod exhibet integrum LVNIGIVS in *Cod Ital. diplom tom. I. pag.* 535. *ſeqq.* In hac enim aurea bulla ſucceſſionem fœmininam ea ratione ordinauit, vt, „deficiente linea „legitima maſculina, ſuccedere debeat *filia* „*primogenita*, eiusdemque *primogenitæ primogenitus maſculus*, eiusdemque deſcen„dentes maſculi, ordine ſupra dicto, vsque „in infinitum &c.„

(tt) Vide CAROLI V. *litteras, quibus* FREDERICVM, Mantuæ Ducem, eiusque coniugem, MARGARETHAM, *natam Montisferati Marchionis-*

Rietbergensis; 12) Principatus *Moersensis;* 13) Dynastia *Esenensis;* 14) *Ieuerana;* 15) Comitatus *Reckheimensis* & plura forte alia.

§. XXVIII.

Foeminarum successio est subsidiaria.

Quæ quemadmodum ita se habent ex vero; ita porro notandum, fœminas tum demum in feuda succedere, si nemo ex stirpe mascula supersit; licet fœmina primum acquisiuerit (uu). Interea, casu successionis existente, fœmina, ad successionem proxima, quæ filium habet, ab hoc non potest a successione excludi; quum ipsius spes succedendi a iure matris pendeat, quæ & gradu defuncto

chionissam, ea lege atque conditione, si IOHANNES GEORGIVS, *Montisferrati Marchio, absque liberis decederet, de feudis Marchionatus Montisferratensis, sibi sacroque Rom. Imperio nexu clientelari obligatis, euentualiter inuestiuit, iusque successionis in eisdem feudis ad fœminas tum extendit, tum priuilegia, a Rom. Imperatoribus & Regibus, Montisferrati Marchionibus concessa, confirmauit, d. d. vlt. Decemb. an.* 1502. apud LÜNIGIVM in *Cod. Ital. diplom. tom. I. pag.* 1418. *seqq.* Vbi. *pag.* 1419. hæc leguntur: „*pro se & eorum descendentibus legitimis masculis, &, illis quandocunque deficientibus,* „*pro fœminis, ita tamen, quod fœminæ, semel vel pluries exclusæ, etiam admitti valeant &c.*"

(uu) *I. F. 8. §. 2. II. F. 17. pr. in fin. II. 30.*

functo est proximior. Si autem mater defuncta, præter filiam, & filium reliquerit, hic illam, licet ætate maiorem, excludit (xx). Hæc autem ita sunt intelligenda, ni promiscua sit introducta successio, secundum graduum proximitatem.

§. XXIX.

Semel exclusa non semper exclusa.

Fœmina vero, ob existentiam masculi, hactenus exclusa, minime tamen in perpetuum exclusa censeri debet; licet sint, qui ita opinentur (yy). Qui enim, in fauorem descendentium foeminarum, pactus est, voluit, vt primo succedant masculi, deinde sequantur fœminæ in subsidium; vt itaque illius desiderio satisfiat, admittenda suo ordine est, quæ & ante fuit exclusa. Quid? quod talis nequidem proprie, ob iuris defectum exclusa fuit; sed per existentiam masculi tantum in exercitio inris, legitime quæsiti, impedita. Porro, si reiecta obtineret opinio, sequeretur inde

(xx) Quod ex *II. F.* 17. concluditur, atque etiam Imperii obseruantiæ est concinnum. Illustr. Dn. MOSERVS *cit. cap.* §. 41. *pag.* 314.

(yy) Ob verba *I. F.* 6. §. 1. hunc in modum concepta: *relicto masculo vlterius fœminæ non admittuntur.*

de, si primus acquirens masculum reliquerit, fœminas in æternum esse exclusas; quod tamen ipsius animo omnino foret aduersum (zz).

§. XXX.

Vtrum vltimi possessoris filiæ, diu ante exclusarum descendentibus præferendæ.

Vnde porro consequi videtur, diu ante exclusarum descendentes prius ad successionem admitti debere; quum primo acquirenti sint proximiores. Sed salua res est; quamuis etenim ex iure primi acquirentis succedatur; proxime tamen defuncto proprie succeditur; atque adeo & proximitas ex ipsius persona est æstimanda. Interea nec altera sententia destituitur rationibus: illarum enim ascendentes, per existentiam masculorum exclusæ, diu ante ius in feudum succedendi habuerunt, quam posteriorum parens lucis vsura frui coepit; rationi autem rectæ maximopere est concinnum, vt ius antiquius præferatur recentiori.

§. XXXI.

De feudis hereditariis.

Nullum quoque est dubium, quin fæminæ ad successionem admittantur, si feudum fuerit mere hereditarium. Habet autem feudum hereditarium suos gradus: est enim 1) aliud eo tantum sensu here-

(zz) Conf. Illustr. Dn. MOSERVS *cit. cap.* §. 43. & 44. *p.* 316. *seqq.*

hereditarium, vt in heredes quidem, ſed feudorum ex regula capaces, ſeu deſcendentes maſculos primi acquirentis, transmittatur; atque adeo mere perſonali, quod alicui ad dies vitæ conceſſum, contradiſtinguatur; 2) aliud eſt hereditarium ſecundum quid tale, quod pariter in ſolos ſuceeſſores feudales ordinarios duntaxat deuoluitur; in quod tamen eo eſt modo ſuccedendum, qui in vulgari hereditate eſt receptus, vt vniverſa hereditas acquiratur; neque adeo fas ſit integrumque ſucceſſori feudali, ſolum acquirere feudum, atque hereditatem vulgarem repudiare; ſed vtrumque aut vna ſit acquirendum, aut repudiandum (aaa); 3) denique aliud eſt feudum mere hereditarium, **ein vollkommenes erb- und eigenthümliches Lehen**, ad cuius ſucceſſionem omnes, qui vulgarem acquirere hereditatem poſſunt, admittuntur. Quod tamen nihilominus ab allodio diſtat; quoniam eſſentiam feudi retinet, ac reliqua etiam naturalia, quæ non ſunt immutata. Sed cautius cuncta ſunt ante ponderanda, quam feudum habeatur pro mere atque abſolute hereditario; atque adeo in

(aaa) Qua ratione filii parentibus ſemper ſuccedere tenentur. *II. F.* 45. §. 2.

in dubio potius feudum ex pacto & prouidentia tale est censendum.

§. XXXII.

De liberis primi gradus.

Ceterum & inter descendentes prima eorum est ratio habenda, qui proximiores sunt defuncto; atque adeo filii primi gradus patri æqualiter succedunt (bbb). Quibus quoque liberum est, velintne feudum diuidere, an communiter habere (ccc), vel vni relinquere, qui satis aliunde faciat reliquis (ddd); vel, si plura adsint feuda, eadem hac inter se ratione diuidere, vt alter hoc, alter illud accipiat. In Saxonia, nonnullisque locis aliis, recepta & in hac successione est regula: *maior diuidit, minor eligit*; & ita quidem, vt, facta a maiori æstimatione, minori sit optandi facultas, an prædium feudale, an pretium accipere malit (eee).

§. XXXIII.

De concursu nepotum.

Quodsi cum filiis primi gradus concurrant nepotes, eo in casu succedunt

(bbb) *I. F.* 1. *I. F.* 8.

(ccc) *II. F.* 55. §. *præterea* 2.

(ddd) *II. F.* 50. verbis: *feudum ad vnum solum ex diuisione deueniat.*

(eee) Vid. CARPZOVIVS *parte III. constit.* XV. *def.* 8.

dunt hi cum illis, iure repræſentationis, quod vocant, in ſtirpes (fff).

§. XXXIV.

Quid ſi omnes vlteriorum graduum?

Sin omnes vlterioris fuerint gradus deſcendentes, pariter, iure repræſentationis, in ſtirpes ſuccedunt; ſiue eiusdem fuerint gradus, veluti nepotes; ſiue diuerſi, vt nepotes ac pronepotes. Quod ius repræſentationis ac ſucceſſionis in ſtirpes inter deſcendentes locum habet in infinitum (ggg).

§. XXXV.

De prohibita feud. regal. diuiſione & iure primog.

Quod dictum eſt ſupra, plures ſucceſſores poſſe feudum diuidere, id ſecus ſe habet in feudis regalibus: hæc enim ne diuidantur, diſertis prohibitum eſt verbis (hhh). Olim Ducatibus & Comitatibus Germaniæ vnus tantum Dux præerat vnusque Comes; idque ita ſe habuit vsque ad ætatem HENRICI VI. Vnde iudicari poteſt ſine negotio de conſtitutione FRIDERICI I, qua Imperator, Ducatus, Marchias, Comitatus diuidi non debere, edixit. Nempe exiſtimauit

(fff) *I. F. 8. pr.* verb: *nepotes ex filio, loco ſui patris.*

(ggg) G. A. STRVVIUS in *ſynt. iur. feud. cap. IX. theſ. V. num.* (3).

(hhh) *II. F. 55. §. præterea* 2.

uit ITTERVS (iii), cum aliis, a prohibita diuisione non statim valere conclusionem ad ius primogeniturae; quum & plures fratres patri in Ducatum, Marchiam, & Comitatum pro indiuiso possint succedere. Deinde & alii monuerunt, istam constitutionem pertinere ad Regnum Italiae. Verum ex antecedentibus facile intelligitur, FRIDERICVM I. ad ius primogeniturae vtique respexisse, vel in ipsa Germania; quum ibidem iam eiusmodi modus succedendi vsu esset receptus. Sed HENRICVS VI. postea libertatem diuidendi indulsit, cum aliis, qui ipsum secuti fuerunt, Imperatoribus; & quidem procul dubio arcano consilio, vt per diuisiones Procerum Germaniae potentia minueretur. Quae tamen libertas diuidendi, quum in Electoratibus, & inprimis negotio electionis, insignem pareret confusionem; ex voto Electorum haec libertas per AVREAM BVLLAM est sublata, iusque primogeniturae pristinum in Electoratibus restitutum kkk). Et quamuis Electores & post istam aetatem terras diuiserint;

(iii) *De feud. Imp. cap. XII.* §. 13. & 14.

(kkk) *Cap. VII* §. 2. & *Cap. XXV.* §. 2. & 3. Ibique Illustr. Dn. de LVDEWIG in *comment.* Add GVNDLINGIVS in *dissert. de feudis vexilli* §. 40.

rint; ius tamen eligendi, cum aliis Electorum iuribus præcipuis, nec non cum terris electoralibus stricte dictis, (denen eigentlichen Churlanden,) semper penes primogenitum, masculum, legitimum, laicum mansit.

§. XXXVI.

De Principatibus Comitatibus.

Ceterum in Principatibus & Comitatibus libertas diuidendi post Auream Bullam conseruata est, & datur hodienum nonnulla feuda regalia in imperio, diuisionibus obnoxia. Sed in plerisque, vt familiæ splendor, nec non vis Imperii vnita conseruaretur, ex regula prudentiæ, ius primogenituræ conuentionibus eorum, quorum intererat, legitime est introductum. Neque enim testamenta paterna secundo genitis, inuitis, ius succedendi, quod, per diuturnam Imperii obseruantiam, statim cum natiuitate iam acquisiuerunt, auferre potuerunt. Quare, vbi hoc factum fuit, semper post obitum parentis lites ortæ sunt, conuentionibus tandem compositæ; quibus Imperatoris confirmatio accedere debet (III). Quam caute etiam Imperator consensum secundo genitorum desideret, cognosci potest ex nonouis-

(III) Vid. de LVDOLFF *tr. de iure primogenituræ, part. spec. aphor. VII. num.* 1. *seqq*

niſſimo exemplo Principis Anhaltino-Deſſouienſis, qui ius primogenituræ paucos ante annos introduxit (mmm).

§. XXXVII.

ex- ſione ad ea in col. ralem.

Ceterum, quamuis MOLINAEVS (nnn) docuerit, ius primogenituræ ad lineam collateralem regulariter non extendi; hoc tamen de moribus Galliæ intelligendum, certumque eſt, moribus Germaniæ ſecus rem ſe habere, ac ius primogenituræ etiam ad lineam collateralem prorogari; ita quidem, vt, inter plures defuncti agnatos, non promiſcue ſenior ætate, ſed qui proximior eſt linea & gradu, ſuccedat. Quo ipſo diſtinguitur ius primogenituræ proprie dictum a *maioratu*. Illuſtrationis gratia huc

(mmm) Illuſtr. Dn. MOSERVS in der Reichs-*Fama tom. III. cap.* 36. *p.* 411. *ſeqq. tom. VI. p.* 14. vbi confirm. Imp. *d. d.* 12. *Apr.* 1729. R. H. R. Concluſ. *T. VI. p.* 16. *ſeqq. d. d.* 26. *Nou.* 1727. vbi prima Imperatoris reſolutio. Conf PFEFFINGERVS in *Vitr. illuſtr. lib. III. tit. XI. pag.* 759. *ſeqq.* It. SPENERI *ius publ. lib. V. cap. II.* §. 2. *pag.* 192. *ſeqq. Electa iur. publ. tom. IIX. p.* 968. *ſeqq.* Conf. LVDOLPHI *tract. de iure primogenituræ.* It. FRID. CAROLI VOIT a SALTZBVRG *diſſert. de emolumentis territorium, inprimis Germaniæ, ex iure primogenituræ deſcendentibus.*

(nnn) *Ad conſuet. Pariſ. T. I.* §. 13. *gloſſ. I.* §. 30.

huc trahi poteſt lis, qua, orta eſt circa finem ſeculi XVI. inter Ducem Altenburgenſem & Vinarienſem; quorum huius conſiliarii ſpem futuræ ſucceſſionis in Electoratum Saxonicum ex iure ſenioratus concipiebant; illius vero Conſiliarii, ob lineæ & gradus proximitatem, eam Domino ſuo tribuebant, pro quo tandem anno 1607. Imperator RVDOLPHVS II. pronunciabat. Similis controuerſia mota eſt in Domo Palatina, extincta linea Electorali Simmerenſi anno 1685. Veldentino ius ſenioratus pariter allegante, contra Neoburgicum, linea & gradu proximiorem; qui tamen etiam vicit autoritate aulæ Imperialis (ooo).

§. XXXVIII.

Quod ſi alter filiorum, ante acquiſitum a patre feudum, alter poſt natus fuerit; ille pro primogenito eſt habendus. In ſucceſſione enim ad tempus mortis eſt attendendum; minime ad tempus acquiſitionis; inprimis, quum vero non ſit ſimile, Dominum, qui feudum patri pro ſe ac liberis dedit, ante iam natum excludere voluiſſe (ppp). *Quis primogenitus ſit?*

§. XXXIX.

(ooo) Hiſtoriam & ſcripta, huc pertinentia, recenſet Illuſtr. Dn. de LVDEWIG in *comment. ad Aur. Bull. Cap VII. ad* §. 3.

(ppp) HORNIVS in *iurisprud. feud. cap. XV.* §. 21.

§. XXXIX.

Quid si primogenitus ante patrem decesserit?

Si filius primogenitus ante patrem decesserit, eiusdem filius primogenitus præferendus. Quod intuitu Electorum speciatim quoque ordinatum in AVREA BVLLA (qqq).

§. XL.

An renuntiari possit iuri primogenituræ?

Quemadmodum autem ius primogenituræ inuito aufferri nemini potest: ita tamen nullum est dubium, quin Princeps primogenitus eidem sponte possit renuntiare. Sic FRIDERICVS, qui primus ex Domo Hohenzollerana Electoratum Brandenburgensem acquisiuit, IOANNEM, filium primogenitum, rationibus sufficientibus eo permouit, vt iuri, ex primogenitura sibi competenti, renuntiaret, atque in fratrem secundogenitum, FRIDERICVM postea II. id ipsum transferret (rrr).

CAPVT.

(qqq) *Cap VII.* §. 2.

(rrr) IOANNES CERNITIVS *de vitis Electorum Brandenburgens. in vita Frid. I. ad annum* 1437. *pag.* 15. edit. Gall. Berolin. de *an.* 1707. *Interprete* ANTONIO TEISSERIO, *Historiographo Regio.* IACOBVS PAVLVS de GVNDLING in *Vit.* FRIDERICI I. *pag.* 483. *seqq.*

CAPVT XI.

DE SVCCESSIONE ASCENDENTIVM ET COLLATERALIVM IN FEVDA.

§. I.

Feudorum ea eſt natura, vt aſcendentes exſules ſucceſſionis eſſe debeant ex regula (a); quum feudum quis acquirat ſibi ac deſcendentibus ſuis (b). *An aſcendentes ſuccedant in feudum?* Quantum ad feudum antiquum attinet, quæſtio hæc vix ac ne vix quidem incidere poteſt; quum pater antecedat filium; atque adeo ante ipſum feudum acquirat. Sed contingere poteſt, vt v. g. pater, in fauorem filii, ſucceſſionem repudiauerit, atque hic deinde ſine deſcendentibus ante patrem deceſſerit; quo caſu ad hunc feudum redibit vtique (c). Quoniam ſucceſſione ſe non abſolute abdicauit; ſed in filii tantum commodum; qua ratione ceſſante, ceſſare etiam debet abdicatio; & pater filio defuncto exiſtit gradu proximior;

(a) *II. F. 50. pr.*

(b) *II. F. 23. in fin. Jus Feud. Sax. cap. VI.* der Vater erbet uffn Son die Gewehre des Gutes ꝛc. *It. cap. 21. in fin.* es erbet niemand nicht ein Lehen, denn der Vater auf den Sohn.

(c) *II. F. 14.*

mior; vt itaque, hanc ob caussam (d), quoque defuncti fratrem excludat.

§. II.

Quid si ipsis specia-tim prospe-ctum? Praeterea succedunt ascendentes, si pacto singulari, vel simultanea quoque inuestitura ipsis prospectum. Porro, si feudum sit mere hereditarium. Post haec si consuetudine, vel constitutione singulari eiusmodi successio fuerit stabilita (e).

§. III.

De collateralibus. Collaterales, licet a primo acquirente descenderint, olim pariter a successione in feuda exclusos fuisse, atque inuestitura opus habuisse simultanea, ad istum

(d) Ob solam itaque gradus proximitatem pater praefertur; minime & ob lineam proximiorem; quod existimauit G. A. STRVVIVS in *syntagm. Iur. feud. cap. IX. thes. III. num.* 3. Frater enim etiam est in linea prima; qua non datur proximior. Huc accedit, quod lineae proximitas pertineat tantum ad diuersorum collateralium successionem, de qua mox pluribus agendum.

(e) Mos est in *Franconia*, vt & primi acquirentis ascendentes, eiusdemque collaterales succedere queant, teste PETRO RODERICO DEMARATHO, in *fascic. iur. Francon. different. XIV. part. III. p.* 152. In feuda quoque *Zutphaniae* vocantur etiam ascendentes, omnibus a latere venientibus exclusis. Vid. FREDERICI a SANDEN *comment. in consuetudines feudales Geldriae &c.*

istum finem obtinendum; id quidem supra (f) iam est ostensum, ac simul edoctum, qua tandem ratione liberum eorum ius succedendi pedetentim obtinuerit. Primi autem acquirentis collaterales nec hodie quidem magis, quam ascendentes, ad successionnem admittuntur.

§. IV.

De fratribus tam germanis, quam consanguineis.

Descendentibus itaque nullis existentibus, primo loco succedunt defuncti fratres, tam consanguinei, quam germani; vinculi enim duplicitas nullum hic tribuit germano ius praerogatiuum; quum vinculum maternum, vt loquimur, hic sit impertinens. Quod nec in Saxonia aliter se habet; licet simultaneae inuestiturae addita sit formula: nach rechter Sipp-Zahl. Nam iuris Saxonici regula: Die halbe Geburth trit einen Grad hinter sich, in successione feudali vsu est destituta (g).

§. V.

De vterinis.

Vterini fratres, quippe per sexum foemininum proxime defuncto iuncti, neque adeo ad familiam primi acquirentis

(f) *Cap. IIX.* §. 18. 19 20. Vbi & de vsu simultaneae inuestiturae hodierno actum.

(g) Vid. HORNIVS in *iurisprud. feud. Cap.* XVI. §. 5.

tis pertinentes, a successione excludi, quam facillime intelligitur (h). Quae tamen regula in feudis foemininis & mere hereditariis exceptionem patitur; adeo quidem, vt in feudo foeminino, a matre quaesito, vterini excludant consanguineos (i).

§. VI.

De iure repraesentationis.

OTTONIS M. aetate ius repraesentationis in Imperio R. G. dubium adhuc fuisse, ex historiarum monumentis abunde constat. CONRADVM autem SALICVM ius repraesentationis, in nepotum ex filiis commodum, in successione feudali stabiliuisse, ex ipsius constitutione de beneficiis potest intelligi (k). Quando autem fratri succedunt, ac praedefunctorum fratrum filii concurrunt, & hos, iure repraesentationis, in stirpes succedere oportet (l). Iure Saxonico communi ius repraesentationis, in linea collaterali omnino deficit; quod iure Saxonico Electorali est mutatum (m).

§. VII.

(h) *II F* 11.
(i) Vid G. A. STRVVIVS in *syntagm. iur. feud. cap. IX. thes* VI. *num.* (2)
(k) Quae prostat *lib. V. Feud. tit.* 1.
(l) Per REC IMP. WORMAT. *de anno* 1521 § Nachdem auch 19.
(m) Per *constit. Elect* XXIX. *part. III.* Et quamuis, hoc iam in *iur. feud. Sax. vet. artic* XXXII. latere

§. VII.

Quodsi fratrum filii soli adsint, non opus est iure repraesentationis, nec successione in stirpes; quum nemo adsit proximior. Quare omnes diuersorum fratrum filii, quippe aequali omnes iure succedendi gaudentes, in capita admittendi (n). *Quid si fratrum filii soli?*

§. VIII.

Ceterum remotiores agnati eo succedunt modo, vt illi praeferantur, qui linea & gradu sunt proximiores. Quare 1) inuestiganda est lineae proximitas, & post attendendum, quis in proximiori linea gradu sit proximior. Sunt autem *agnati primae lineae* omnes, *qui a proxime defuncti*, cui est succedendum, *patre descendunt;* secundae lineae agnati, *qui* *De successione lineali.*

latere, arbitrati sint non pauci Doctores; si quis tamen verba illius capitis penitius introspexerit, sine negotio intelliget, illud loqui tantum de filio, partem feudi, quam defunctus ipsius pater cum fratre habuerat communem, acquirente; atque adeo a iure repraesentationis, de quo hic sermo, esse alienissimum. Vid. HARTMANNVS PISTORIS in *quaestionibus iuris, lib. II. quaest.* XXIII. *num* 4.

(n) Pertinet huc constitutio CAROLI V. anno 1529. in comitiis Spirensibus condita, RECESSVI IMPERII inserta §. 31. & solenniori formula post §. 37. repetita.

qui ab eius auo descendunt; tertiæ lineæ, qui *ab eius proauo* descendunt; & sic deinceps (o). Est autem hic *linea collectio plurium personarum, ab eodem stipite descendentium.* Iste stipes vel omnibus successoribus est communis, primus nempe acquirens; vel quibusdam tantum; vnde plures lineæ specialiores. Quotiescunque igitur de successione collateralium agitur, recurrendum 1) ad lineam primam patris, vt, qui in ea proximior est defuncto, in feudum succedat. 2) Si ex illa nemo superfit; ad aui lineam recurrendum. 3) Ad lineam proaui;

(o) Neque dubium alicuius momenti est, quod mouetur ex verbis finalibus *II. F. L. sed, omnibus hac linea deficientibus, omnes aliæ æqualiter vocantur.* Vocabulum enim *æqualiter* positum est pro *æquali* seu *pari modo;* atque adeo hunc habet sensum: Linea prima omnino extincta, ad proximiorem lineam esse attendendum; at, si ex linea secunda aliqui adsint, ex his præferendum esse, qui gradu sit proximior; hac vero linea extincta, ordinem tangere lineam tertiam, & in hac eum pariter, qui in eadem linea sit proximior, ex pluribus. Et sic porro. Præterea notandum, inter fratrem ac fratrum liberos iure feudali communi pariter locum habere ius repræsentationis, ac iure Romano; quamuis iure Sax. communi secus res se habeat; quod CONSTIT. ELECT. XXIX. *P. III.* mutatum.

proaui; & ſic porro. Quam rem ſequens illuſtrat ſchema:

Abauus

Auus — Patruus magnus.

Pater ——— Patruus.

Titius.—*Meuius*, proxime defunctus.

|

Lucius.

|

Seius.

|

Sempronius.

Hic, licet patruus Meuium tertio gradu attingat; non tamen ſolum Lucius, qui æque tertio gradu diſtat; ſed & Seius, qui quarto, & Sempronius, qui quinto remotus eſt gradu, eundem excludunt; quum omnes ſint in linea prima. In vna eademque vero linea gradus proximitas eſt attendenda. Quod hoc ſchemate poteſt illuſtrari:

Auus.

Pater. —— Patruus.

Ioannes, proxime defunctus. —— Petrus. Paulus.

Iacobus. Sempronius.

Abrahamus.

Scilicet Ioanni, Petro, Iacobo & Paulo prædefunctis, Sempronius, tanquam proximior gradu, succedit, atque Abrahamum, fratris nepotem, velut gradu remotiorem, excludit (p).

§. IX.

An in Electoribus successioni locus sit lineali.

Quæ quum ita sint; consequitur profecto, vbi ius primogenituræ est introductum, linea primogeniti exstincta, fra-

(p) Cuius rei B. G. STRVVIUS in *iurisprud. feud. cap. XIII.* §. 4. hanc reddit rationem: „quod in successione feudali, secundum statum inuestituræ, quæ fiat vasallo, pro se & heredibus suis, semper prius descendendum, antequam ascendatur.„ Quæ quidem ratio, in se vera, applicari commode posset ad quæstionem de fratris nepote & patruo defuncti, quorum ille hunc ex ea ratione excludit; sed ad speciem, hic in medium propositam, plane non pertinet; quippe in qua ratio decidendi a sola potius gradus proximitate est repetenda.

fratris secundo geniti filium praeferendum esse fratri tertio genitum; idque ob lineae proximitatem. Interea lis hac de re orta est insignis, intuitu succesfionis Electoralis. Aurea Bulla (q) haec habet, quae huc faciunt: *Si vero primogenitus huiusmodi, absque heredibus masculis, legitimis, laicis, ab hac luce migraret, virtute praesentis Imperialis edicti, ius, vox, & potestas electionis praedictae ad seniorem fratrem laicum, per veram paternalem lineam descendentem, & deinceps ad illius primogenitum laicum deuoluatur.* Casus 1) in domo RVDOLPHI, Saxoniae Electoris, contigit, quum Electoratus penes Ascanios esset.

Rudolphus, Elector, † 1356.

Rudolphus II. † 1370. Otto † 1349. Wenceslaus.

Albertus.

Mortuo RVDOLPHO II. non succesfit, vt oportebat, secundi fratris filius, ALBERTVS; sed tertius frater, WENCESLAVS. Atque CAROLVS IV. anno 1376. in Comitiis Electoralibus ita pronunciauit. 2) Simile exemplum in domo Palatina, defuncto anno

(q) *Tit. VII.* §. 3.

anno 1544 LVDOVICO Electore, contigit, vt tertius frater fuerit prælatus.

Philippus † 1508.

Ludouicus † 1544. Rupertus † 1504. Fridericus II.

Otto Henricus,

Sed bona pace OTTONIS HENRICI hoc factum (r). Atque alio tempore ius lineæ in Aula Imperiali præualuit: nempe in eodem domo Palatina, extincta anno 1685 stirpe Simmerensi, cum Electore CAROLO; tunc etenim PHILIPPVS GVILIELMVS, e stirpe Neoburgica, linea proximior, admissus, ac Veldentinus, licet gradu proximior, exclusus (s). Huius quoque

(r) Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *comment. ad A. B. cit. loc.* Vbi simul scripta, quæ in vtramque prodiere partem, prolixius recenset.

(s) Qua occasione IO. WOLFFGANGVS TEXTOR Heidelbergæ *disputationem de successione ex linea ad II. F. 50 & A. B. tit. VII. & XXV.* pro Neoburgico publicæ lucis fecit. SCHILTERVS autem *commentationem ad II. F. 50. de natura successionis feudalis &c.* Argentorati anno 1696. scripsit pro Veldentino. Huic TEXTOR nouum opposuit opusculum, sub rubro: *Successio linealis per se in Electoratibus Imperii secularibus, ex II. F. 50. & A. B. nec non* SIGISMVNDI *bullis specialibus, defensa & declarata.* Sequebatur deinde

que ſententiæ declaratio optime peti poteſt ex ipſius CAROLI IV. verbis, in diplomate, quo ſucceſſionem Domus Saxonicæ electoralis ſpeciatim confirmauit & illuſtrauit, hunc in modum conceptis: *Succedant ita; videlicet primogenitus; primogeniti filius et deſcendentes ab eo, ex ordine geniturae; ex tunc, his extinctis, ſecundo genitus & eius filius ſenior, & eius deſcendentes; tunc hiſce extinctis, tertio genitus & eius deſcendentes, & deinceps per talem modum*

de SCHILTERI *mantiſſa ad commentationem de natura ſucceſſionis feudalis.* Atque hanc excipiebat: TEXTORIS *mantiſſa, pro ſucceſſione lineali, mantiſſæ impugnanti circa explicationem textus II. F. 50. oppoſita.* Huic SCHILTERVS *obſeruationes* adiecit, & cum præcedente ſcripto iſtud etiam *tractatui ſuo de paragio atque appanagio* Argentorati, anno 1701. ſubiiciendum curauit. *Acta publica,* cauſſam Palatinam illuſtrantia, exhibet Illuſtr. Dn. MOSERVS in *introd. ad Proceſſ. Iudic. Aul. tom. III. pag. 345. ſeqq.* Exſtincta anno 1694, cum LEOPOLDO LVDOVICO, linea Veldentina, noua lis orta eſt de ſucceſſione. Comes Palatinus Sulzbacenſis, nec non Birckenfeldenſis eam ex gradus proximitate; Elector autem ex capite prioris lineæ deſiderabat; & pro hoc in Senatu Aulico Imperiali lata eſt ſententia.

dum directe descendentes (t). Vnde quam euidentissime patet, ipsum CAROLVM IV, optimum suæ *Bullæ Aur.* interpretem, probasse succesſionem in Electoratus linealem, eo quidem modo, vt, quamdiu ex prima linea aliquis superstes esset, nemo, licet ætate forte senior, ex secunda, vel vlteriori linea, ad succesſionem admittatur (u).

§. X.

Graduum computatio ciuilis hic obtinet.

Quoniam autem, secundum ea, quæ ante dicta sunt, post lineæ prioritatem & ad gradus proximitatem est attendendum; atque adeo & gradus sunt computandi; obseruandum adhuc est, minime graduum computationem canonicam; sed potius ciuilem in succesſione locum habere.

§.XI.

(t) Quod diploma exhibet FREHERVS *ad Aur. Bull. tit. VII. p.* 598.

(u) Add. *cap.* 10 8. *art.* 3. mox ab initio verbis: insonderheit auch die weltlichen Chur-Häuser bey ihrem Primogenitur-Recht, und ohne dasselbe wieder die Gebühr restringiren zu lassen, : : : verbleiben lassen. Vid. etiam, quæ de noua hac sanctione habet Illustr. Dn. de LVDEWIG *cit. loc. p.* 712. & conf. *meditationes ad capit.* IOSEPH. *cit. artic. not.* (*b*) (*c*) *p.* 71. *sq.* Add. CAPIT. CAROLI VI. *art.* I. §. 2. ibique auctorem der gegenwärtigen Verfassung der Käyserl. Regierung ꝛc. *p.* 9. *lit.* (*c*)

§. XI.

Olim equidem collateralium succesſio ad certos reſtricta fuit gradus (x); poſtea vero in infinitum extenſa (y); vt igitur capita iuris feudalis, hac in re ſibi contradicentia, ex diuerſitate temporum ſint concilianda.

Quousque collaterales in feuda ſuccedant?

§. XII.

Coniuges in feudum nullo ſibi inuicem modo ſuccedunt (z); quum a primo acquirente non deſcendant, atque, ratione vxoris, ſingulare etiam obſtet ſexus impedimentum; licet vir & vxor de feudo communi ſint inueſtiti: vno enim hoc caſu decedente, illius portio, ſi

Quid de coniugibus hic ſtatuendum?

(x) *I. F. IIX.*

(y) *I. F. I. §. 1. II. F. XXXI.* verbis: *etiam vsque ad infinitum* it. *II. F. L.* De Camera quidem Imperiali STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap XVI. qu.* 20. cum GAILIO atque ANTONIO teſtatur, receptam ibi eſſe diſtinctionem, „an feudum ſemel *ad deſcendentes, & ab his ad collaterales* peruenerit; „an vero a primo acquirente ex pacto „*ſtatim ad collaterales* tranſierit; illo caſu in infinitum; hoc caſu ad ſeptimum „tantum gradum ſuccedi.„ Quicquid autem horum ſit; iſta diſtinctio nulla ſane ſolida ratione nititur; atque adeo contrarium, & intuitu feudorum Imperii, merito ab aliis defenditur. Vid. ITTTERVS *de feud. Imp. Cap. XV. §. vlt.* Add. HORNII *iurisprud. feud. cap. XVI. §.* 10.

(z) *I. F. XV. pr. II. F. XIII.*

si nullus successor adsit feudalis, ad Dominum redit; nisi coniuges pacto sibi prospexerint, vel feudum sit mere hereditarium, vel singularis lex, aut consuetudo ipsis conducat.

CAPVT. XII.
DE SVCCESSIONE EX PACTO, VEL TESTAMENTO.

§. I.

Pacta de futura viventis successione.

Quemadmodum Germanis nostris antiquissimis etiam temporibus insignis fuit fides pactorum; ita & pacti sunt frequentius de successione. De pacto, quod in exspectatiua, nec non in simultanea inuestitura occurrit, supra iam est actum. Quare ad pacta de futura successione hic nos conuertimus. Est autem eiusmodi pactum *conuentio de futura in feudum successione acquirenda*. Iure quidem Romano eiusmodi pacta vi atque efficacia ciuili carebant; ast secus se res habet inter Germanos (a).

§. II.

(a) Frustra itaque RINGLERVS *de pactis Illustrium successoriis cap. II.* §. 6. eorum negat efficaciam; si vel maxime iuramentum accesserit. Putatque etiam HORNIVS in *iurisprud. feud. cap. XVI.* §. 16. pactum de futura hereditate tertii certi atque ignorantis, nec hodie

§. II.

Pactum successorium aliud est *con-seruatiuum*, quo ius succedendi conseruatur; aliud *restitutiuum*, quo quis obligatur ad hereditatem iam acquisitam alii, vel aliis restituendam; aliud *renuntiatiatiuum*, quo futuræ hereditati renuntiatur; aliud denique *acquisitiuum*, quod §. præcedente iam definitum, & cum quo nobis hic est negotium. *Quotuplicia sint pacta successoria?*

§. III.

Quoniam vero eiusmodi pactum successorium feudi alienationem continet; atque hæc sine Domini directi consensu perfici nequit; consequitur profecto prono alueo, & ad pactum successorium acquisitiuum hunc consensum absolute esse necessarium; ita quidem, vt, eo deficiente, pactum vitio nullitatis laboret; nisi feudum fuerit alienabile. *De consensu Domini directi.*

§. IV.

Quod pactum, si inter personas Imperii Illustres initum, confraternitatis (Erb-Verbrüderung) nomine signari solet *De pactis confraternitatis.*

die effectu in foro gaudere ac propterea Collegium ICtorum Wittebergensium, quæsitum, an eiusmodi pactum inter Imperii Principes validum sit, nec ne? negatiue respondisse. Contrariam interea sententiam defendit SCHILTERVS *exercitat. ad pand. VIII* § 40. Add. ITTERVS *de feud. Imp. cap. XVII.* §. 1.

let; quæ vox amicitiæ atque æqualitatis ſine dubio hic eſt indicium (b). Atque eiusmodi pacta ſucceſſoria perficiendi poteſtas legitima non ſolum Principibus aliisque Imperii ſtatibus tribuitur; ſed & nobilibus immediatis (c).

§. V.

Quorum aliud particulare, aliud vniverſale.

Poteſt vero eiusmodi pactum vel de parte tantum terrarum ac bonorum celebrari; vel de omnibus, tam præſentibus, quam futuris. Illud particulare audit; hoc vniuerſale. Prioris exemplum occurrit in pacto confraternitatis Ducum Saxoniæ cum Comitibus Hennebergicis anno 1554 initum: hic enim integrum Comitatum ſuum; illi ditionem duntaxat Coburgenſem in conuentionem deduxerunt (d). Poſterioris exemplum præbet confraternitas inter domum Saxonicam atque Hasſiacam, ætate CAROLI IV. firmata (e).

§. VI.

(b) Conf. STRYKIVS *de ſucceſſ. ab inteſtato diſſert. VIII. cap. VII.* §. 3. & 4.

(c) STRYKIVS *cit. cap. VII.* §. 10.

(d) LIMNAEVS in *iur. publ. lib. IV. cap. VIII. num.* 173. *ſeqq.* It. STRYKIVS *cit. cap.* §. 12.

(e) De qua vid. CARPZOVII *diſſert. de confrat. Saxon. Haſſ.* It. CAROLI IV. *confirmation* und Lehn-Brieff übeer die Erb-Verbrüderung der ietzigen Häuſer Sachſen und Heſſen, d. d.

§. VI.

Porro eiusmodi pactum vel *vtrique parti successionis ius tribuit*, vel *alterutri* tantum: illud bilaterale audit; hoc vnilaterale. Illius exempla iam in §. præcedente occurrunt; huius exemplum esse potest pactum Brandenburgicum cum Ducibus Pomeraniæ de successione in Pomeraniæ Ducatum (f). *Aliud vnilaterale, aliud bilaterale.*

§. VII.

Ceterum si de feudis Imperii ita pactum sit, ex iis, quæ §. 3, h. c. exposita iam sunt, consequitur, Imperatoris confirmationem esse omnio necessariam (g). Quod tamen in allodialibus secus se habet (h). Intuitu *feudorum Imperii maiorum*, hodie ne quidem sufficere videtur solius Imperatoris consensus; sed præterea quoque statuum Imperii consensu opus esse; & quidem ita, vt intuitu Electoratuum, consensus Electorum sufficiat; intuitu vero Principatuum *De consensu Imperatoris.*

d. d. am St. Lucien-Tage *anno* 1373., in LVNIGS Reichs-*Archiv. part. spec.* unter Sachsen, *p.* 3. Illustr. Dn. MOSERVS in *introd. ad proc. iud. Aul. Imp. tom. III. cap. II. pag.* 225. *seqq.*

(f) De hoc vid. LÜNIGIVS in *corp. iur. feud. German. tom. I. pag* 737. *seqq.*

(g) STRYKIVS *cit. cap.* §. 18.

(h) IDEM *ibidem.*

um, Comitatuum, & Dynaſtiarium Imperii, conſenſus quoque Collegii Principalis deſideretur (i).

§. VIII.

De conſenſu ſtatuum prouincialium.

Quantum ad quæſtionem de conſenſu ſtatuum prouincialium, vtrum hic etiam deſideretur? non vna poteſt formari deciſio; ſed potius inueſtigandum curatius, vtrum ſtatus prouinciæ ea polleant auctoritate, vt nil negotii, quod alicuius eſt momenti, ſine eorum conſenſu expediri queat; an ſecus ſe res habeat.

§. IX.

Teſtamentum de feudo non valet.

Denique ordo poſcit, vt & de ſucceſſione in feuda ex teſtamento agamus. Maioribus noſtris teſtamentorum vſum olim nullum fuiſſe, teſtis eſt Tacitus (k). Poſteaquam vero deinde vſus iſte inualuit; de feudo tamen, ob ſingularem eius indolem, non licuit teſtari. Quem & Longobardi morem ſancte in Italia ſeruarunt. Hinc apud eos *in feudo nulla* valuit *defuncti ordinatio* (l). Atque adeo & in hunc usque diem teſtamentaria

(i) CAPITVLATIO CAROLI VI *artic. XI* Vnde hoc fine negotio colligi poteſt iuſto argumento.

(k) *De moribus Germ. cap.* 20.

(l) *I. F.* 8.

taria, vel etiam codicillaris de feudis dispositio tamdiu irrita est pronuntianda, donec singularis exceptio a regula demonstretur: nempe feudum esse absolute ac mere hereditarium; vel facultatem ita disponendi a domino feudi speciatim esse impetratam, consentientibus etiam illis, quorum interest; vel etiam singularia iura feudalia liberam & de feudis testandi facultatem indulserint (m).

§. X.

Idem & de feud. Imp. tenendum.

Quantum ad feuda Imperii attinet, vti in illis regula ante inculcata vtique obtinet: ita existimandum non est, vltimum possessorem feudi alicuius regalis, modo Imperatoris adsit consensus, libere de eiusmodi feudo testari posse; quod contra ITTERVM notandum, qui (n) nimiam

(m) Exempla in medium proposuit STRYKIVS *de caut. testam. cap.* VI. *membr.* II. §. 2. De vasallis Lignicensibus vid. LÜNIGII *corpus iur. feud. German tom. II. pag.* 334. §. zum neundten. It. *tom. III. pag.* 468. *num.* 8. De vasallis Ducat. Schweidnicensis & Iauerensis *eod. tom. II. pag.* 296. §. drittens & vierdtens. De vasallis Austriæ *ibid. pag.* 428. *seq.*

(n) *De feud. Imp. cap. XVI. §. 6.* Vid. interea CAROLI V. Concession für Printz Renatum von Orange, Grafen zu Nassau, daß er so wohl über seine Lehen, als Erb-Güter testiren möge, d. d. 14. Maii 1544,

nimiam Imperatori hac in re poteſtatem tribuit; ita quidem, vt & familiæ cuidam, in vim priuilegii, facultatem teſtandi in omnem euentum largiri queat. Quod exemplo Domus Auſtriacæ, cui Imperator FRIDERICVS II. eiusmodi priuilegium indulſerit, illuſtrat. Verum non attendendum hic eſt, quid olim factum fuerit; ſed quid hodie fieri queat. Quare hic repetenda ſunt, quæ de limitata per capitulationes Imperatoris poteſtate, in feudis Imperii maioribus, ſupra adnotaui.

§. XI.

An de vſufructu feudi liceat teſtari? Si itaque nulla valet defuncti in feudo ordinatio; conſequitur inde porro, nec

1544, apud LÜNIGIVM *in ſpicilegio ſeculari part. I. p.* 648. Notandum hic ſimul teſtamentum GEORGII DIVITIS, Bauariæ Ducis, quo filiam cum genero, RVPERTO, Comite Palatino ad Rhenum, ſucceſſores fruſtra ſcripſerat, quodque motibus bellicis ab obitu ipſius, anno 1503. ſequuto, anſam dedit. De quibus vid. ADLZREITERI *annales Boicæ gentis part. II. libr. IX. p.* 213 *ſeqq.* Confer HVLDERICI ab EYBEN *diſſert. de teſtamentis Principis, vel Comitis ſacri Romano - German. Imp.* L. B. de COCCEII *diſſert. de teſtamentis Principum.* IOH. HENRICI FELTZII *ius publ. controuerſum, de teſtamentis Principum Imperii.* Add. Illuſtr. Dn. MOSERI *introd. ad proc. iudic. Aul. tom. IV. cap. VII. §.* 43. *ſeqq. p.* 179. *ſeqq.*

nec de feudi vſufructu valere teſtamentum. Licet enim vaſallus vtilis ſit feudi dominus; adeoque etiam, dum viuit, eiusdem vſumfructum alteri conſtituere queat (o); hoc tamen ius morte vaſalli exſpirat.

§. XII.

An in fauorem vnius ex filiis.

Vnde porro conſequitur, nec patrem feudum antiquum vni filiorum teſtamento poſſe adſignare, nec inaequales inter filios portiones conſtituere (p). Oppoſita ſententia nititur Doctorum auctoritate, qui hac vtuntur ratione, quod filii neceſſario, vna cum feudo, vulgarem quoque hereditatem acquirere; atque adeo & voluntatem defuncti patris agnoscere teneantur. Quae quamuis non omnino ſit falſa; hoc tamen non eſt omittendum 1) generalem in iure communi regulam proſtare: *nulla ordinatione defuncti in feudo valente, vel manente.* 2) Iure feudali Germanico, tum Saxonico, tum Alemannico, iſtam filio neceſſitatem, vna cum feudo & vulgarem patris hereditatem acquirendi, minime eſſe

(o) ROSENTHALIVS *de feud. cap. IX. membr. I. coucluſ. X. num.* 5.

(p) Fruſtra itaque contrarium defendit B G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap. XIV.* §. 12. cum aliis pluribus, ibidem adductis.

ſe impoſitam. Quare, niſi in prouinciis paſſim nouum ius introductum, filiis adhuc hodie integra eſſe debet facultas, vulgarem patris hereditatem repudiandi, atque in ſolum feudum ſuccedendi, neglecta patris diſtributione teſtamentaria.

§. XIII.

De exheredatione.

Aſt in feudo nouo quum liberiori pater gaudeat poteſtate; nullum eſt dubium, quin, cum Domini conſenſu, iuſta de cauſa, filium posſit exheredare (q). Eiusmodi enim feudum filius accipere debet, tanquam beneficium patris, qui id ipſum primus acquiſiuit; hinc facilior, ratione illius, eſt exheredatio. Non autem cuiuslibet Domini conſenſus hic ſufficit; ſed talem oportet eſſe Dominum, qui libera poteſtate legislatoria gaudeat, qua exheredationem etiam ad feuda extendere queat, tum in vniuerſum, tum in caſu ſingulari. Vnde conſequitur 1) conſenſum Domini directi, qui eſt in ſorte priuatorum, ad eiusmodi exheredationem ſufficere nullatenus; nec 2) conſenſum ſolius Imperatoris, intuitu feudi Imperii noui maioris, nempe Principa-

(q) ROSENTHALIVS *de feudis cap. VII. concluſ.* X. HORNIVS in *iurisprud. feud. cap. XIV.* §. 11. V. C. 10. GODOFRIEDVS BAVERVS in *diſſ. de vaſallo exheredante*,

cipatus, Comitatus vel Dynaſtiæ; quoniam intuitu horum limitata eſt Imperatoris poteſtas per capitulationem (r). Secus autem rem ſe habere in minoribus, ſeu equeſtribus; denique 3) Principis Imperii, cuius poteſtas legislatoria ab Ordinum prouincialium conſenſu pendeat, arbitrium & in hoc negotio eſſe limitatum. In feudo mere hereditario minori res dubio eſt ſubiecta.

§. XIV.

Ex ante dictis præterea concludimus, nec legatum feudi valere poſſe, vt hoc, inuitis ſucceſſoribus & Domino, in legatarium transferatur; licet, his atque omnibus aliis, quibus ius ſuccedendi eſt quæſitum, conſentientibus, id ipſum vtique valide fieri queat. Eſt itaque iſtud legatum, tanquam rei alienæ legatum, conſiderandum; atque adeo æſtimatio eius præſtanda; non equidem a ſucceſſoribus feudalibus; attamen ab heredibus vulgaribus (s). *De feudo legato.*

§.XV.

(r) Vid. *art.* XI. CAPITVLATIONIS CAROLI VI.

(s) STRYKIVS *de caut. teſtam. cap.* VI. *membr.* I. §. 7. & 8. Vbi & diſſentientium opinio explicatur.

§. XV.

Quid si Dominus & agnati testamento interfuerint?

Id vero ex supra dictis iam est manifestum, si Dominus omnesque, quibus ius succedendi est quaesitum, in testementum consenserint, nil amplius testamenti validitati obstare. Sed consensum oportet esse disertum. Quod si enim hic plane non fuerit rogatus; licet illi actui testandi interfuerint, nec testamento contradixerint; hoc pro consensu tacito non potest haberi; sed fuit silentium innoxium, saluis ipsorum iuribus. (t).

§. XVI.

(t) Non desunt tamen, qui reiectam amplectuntur sententiam: veluti B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap. XIV. §. 15. pag.* 475; & quidem ob fauorem vltimae voluntatis. Verum silentium nemini nocere debet, nisi ad loquendum fuerit obligatus. Quis autem vnquam demonstrabit, eiusmodi agnatis, ad testimonium tantum vocatis, obligationem loquendi esse impositam? Vnde consequitur, eos silere potuisse, saluo iure suo, ac testes interesse actui testandi, vt valeat, in quantum iure potest valere, quemadmodum ipse autor in nota subiecta de actu alienationis inter viuos id ipsum affirmat. Ratio autem, quae a fauore vltimae voluntatis est desumta & hic adiecta, nullius est momenti; quum fauor ille sit mere cerebrinus, ac maiori digni fauore censendi sint agnati, cum Domino, quibus ius auferendum, quam testator, qui citra ius ac fas ipsis per testamentum illud auferre studet.

§. XVI.

An Ordinum prouincialium consensu opus?

Ordinum tamen prouincialium consensum haud desiderari, nonnulli arbitrantur (u). Verum hoc assertum vniuersaliter verum haud est; sed res diiudicanda est, ex statu prouinciae, per testamentum in alium transferendae; atque adeo attendendum, vtrum Princeps absoluto quodam polleat imperio, an vero superstes adhuc sit ordinum prouincialium libertas: posteriori enim casu, vti res alicuius momenti cunctas cum ipsis princeps tenetur communicare, ipsorumque consensum rogare; ita id ipsum multo magis erit necessarium ad testamentariam prouinciae alienationem (x).

§. XVII.

An potestas alienandi complectatur potestatem testandi.

Praeterea obseruandum, facultate alienandi indefinite concessa, in dubio duntaxat intelligendam esse alienationem inter viuos; quoniam haec est naturalis; vltimae autem voluntates omnes admodum sunt artificiales & praeternaturales; ast in dubio semper, ex principiis rectae rationis, praesumenda sunt naturalia, minime praeternaturalia; quippe speciatim potius probanda. Exemplo esse possunt

(u) Idem quoque STRVVIVS *cit. loc. infin.* §.

(x) ITTERVS *de feud. Imp. cap. XVII.* §. 11. cum aliis, ibi adductis.

sunt Lusatiæ superoris vasalli, quibus ab aula Electorali Saxonica anno 1656. eiusmodi interpretatio priuilegii contigit rectissime (y).

§. XVIII.

Quid de feudo oppignorato?

De feudo oppignorato valet vltima voluntas possessoris; secus autem se res habet cum vasallo, qui feudum tenet pignoratitium. Ratio differentiæ hæc est: creditor prædium feudale, sibi legitime oppignoratum, iure tantum pignoris habet; quod ad vulgare pertinet allodium; ac certissimi præterea iuris est, de vulgari allodio permissam esse testandi facultatem Verum altero in casu vasallus prædium possidet iure dominii vtilis feudalis, de quo regula iuris feudalis est, quod nulla in eo valeat defuncti ordinatio (z).

§. XIX.

De institutione proximi successoris.

Siquis vasallorum proximum successorem feudalem instituerit, hic equidem non succedit vi testamenti; sed iure proprio, sibi ante iam competente. Commodo tamen eiusmodi institutum ex testamento hoc frui posse, existimat STRYKIVS (aa), vt ex *lege fin. Cod. de edicto*

(y) HORNIVS in *iurisprud. feud. cap. XIV.* §. 4.
(z) *I. F. VIII.*
(aa) *Cap. XIV. qu.* 8.

edicto D. Adriani tollendo citius poſſeſſionem conſequi queat. Verum enim vero hæc ſententia nullo ſolido nititur fundamento. Iſtud enim remedium poſſeſſorium præponit teſtatorem, cui libera de prædio, vel alia re, diſponendi facultas competat. Huius itaque teſtamentum, ſi viſibili careat vitio, validam producit præſumtionem pro inſtituto, vt ea propter ipſi poſſeſſio ſine mora ſit permittenda. Quum vero vaſallo tanta de feudo diſponendi facultas non ſit indulta; nec ipſius teſtamentum illo poteſt effectu gaudere.

CAPVT. XIII.
DE IVRE DOMINI ATQVE OBLIGATIONE VASALLI.

§. I.

De effectu feudi acquiſiti.

Effectus feudi, legitime acquiſiti, eſt ſocietas quædam inter Dominum & vaſallum, quæ, ſicut aliæ ſocietates, pariter producit iura atque obligationes, quæ iuribus alterius reſpondent. Sic iuribus Domini reſpondent vaſalli obligationes; ac reciproce obligationes Domini iuribus vaſalli.

§. II.

De iuribus Domini generatim.

Domini iura generali dominii directi nomine enunciari ſolent; quod tum

circa personam vasalli, tum circa rem feudalem, se exserere solet.

§. III.

De iure honoris.

Ad iura Domini, intuitu personæ vasalli, merito refertur ius singularis honoris, ad quem eidem exhibendum vasallus est obligatus (a); ita quidem, vt hæc obligatio ex fidelitate feudali, quam supra definiuimus, commodissime deduci queat. Vnde porro consequitur, 1) Dominum a vasallo non posse accusari (b); 2) nec actione famosa peti (c); 3) nec testimonium contra eum dici (d); 4) nec iuramentum calumniæ Domino deferri (e); 5) nec condemnari ex causa debiti, nisi, in quantum facere potest Dominus (f).

§. IV.

De iure ad obsequium.

Porro ius est Domino ad obsequium a vasallis exigendum; qui vicissim obligati sunt ad id præstandum (g). Quod tamen obsequium ad causas feudales

(a) *II. F. 23. pr. vers. Quomodo enim. J. F. A. cap. VI. §. 3. J F. S. cap. III. (IV.)*
(b) *II. F. 33. §. similiter 5.*
(c) *Arg. l. 5. §. 1. D. de obseq. parent. & patron. præstand.*
(d) *II. F. 33. §. cit.*
(e) *II. F. 33. §. in quibus 4.*
(f) *II. F. 58. §. 1.*
(g) *II. F. 23. cit. pr.*

dales merito est restringendum; quum vasallus, qua talis, intuitu tantum feudi sit obligatus.

§. V.

De huius discrimine a perfecta subiectione ciuili.

Quare hoc non est confundendum cum obsequio, e perfecta subiectione ciuili fluente. Inter hanc enim & fidelitatem ciuilem discrimen intercedere, supra iam ostendi (h). Neque adeo vasallus, qua talis, necessario etiam est subditus perfectus; quamuis vtrumque possit esse coniunctum.

§. VI.

Applicatio ad vasallos Imperii.

Quantum ad vasallos Imperii immediatos attinet, hos summæ Imperatoris atque Imperii potestati ac maiestati subditos esse, & obseruantia & disertæ Imperii leges publicæ abunde testantur. Verum hæc conditio vasallis Imperii non est propria; sed & cum allodiorum possessoribus communis. Quemadmodum autem insignis eorum libertas non permittit, vt vulgaribus subditis similes æstimentur; ita, pro forma Imperii nostri irregulari, non male dicuntur subditi irregulares. Quid? quod non desunt, qui eos numero subditorum omnino eximunt, atque fœderatorum inæqualium nomine malunt insignire (i).

§. VII.

(h) *Cap. I. §. 26.*

(i) Inter quos etiam est TITIVS im Teutschen Lehen-Recht *Cap. XIV. §. 50. seqq.*

§. VII.

De Landsassiis. Vasalli prouinciales, quia tales, pariter non necessario sunt subditi perfecti. Quod extra dubium ordinarie est positum, intuitu eorum, qui extra Domini terriorium domicilium fixerunt, & quorum feuda quoque sunt extra eius territorium. Qui autem in eius territorio vitam transigunt, plerumque sunt subditi; nisi exemtionem possint docere. Quid? quod in potentiorum Germaniæ Principum territoriis, æuo recentiori, plenus, quem vocant, Landsassiatus eo modo inualuit, vt & extra territorium degentes vasalli, nec non sola inuestitura simultanea gaudentes, subditorum loco habeantur, atque in caussis vel mere personalibus forum agnoscere teneantur, sub poena iuris amittendi (k). Ini-

(k) Controuersia inter Saxoniæ Electorem & Comites, nunc Principes, Schwarzburgicos variis occasionem dedit scriptis, hoc thema illustrantibus. Prima erat LÜDERI MENCKENII *dissert. de vi superioritatis territorialis, in territoriis clausis, & discernendo ab eadem iudicio feudali, intuitu feudi, in iisdem siti, curiæ Domini directi relinquendo. Lipsiæ,* 1712. Huic opposuit WENCESLAVS XAVERIVS NEVMANNVS a PVCHOLTZ, *JCtus Pragensis, dissertationes de iure publico & feudali, de iurisdictione feudali & superio-*

Initio, vbi primi Francorum Reges feuda dedere subditis, vtraque conditio ar-

perioritate territoriali in subfeudis Imperii, tam datis, quam oblatis, nec non de natura & praerogatiuis feudorum Regni Bohemiae. Pragae 1716. Sed respondit MENCKENIVS *dissertatione de foro competente vasallorum simultaneeque inuestitorum & subiectione Nobilium immediatorum, Saxoniae Landsassiorum, extra hoc territorium habitantium in Cancellariis Saxonicis, & Curiis prouincialibus. Lipsiae* 1716. Prodiit etiam *examen dissertationum* NEVMANNI a PVCHOLTZ, *Lipsiae* 1718. Cuius auctor fuit Illustrissimus Dn. de BÜNAV. Conf. etiam IOANNIS BALTHASARIS WERNHERI *dissert. de probatione Landsassiatus ex situ terrarum. Witteb.* 1717. It. MICHAELIS HENRICI GRIBNERI *selecta capita, ex argumento de dominio directo in territorio alieno. Wittebergae*, 1717. It. V. C. ADAMI GLAFEY Geschichts-mäßige Erörterung der Frage: Ob ein ieder Chur- und Fürstl. Sächsischer Lehns-Mann zugleich ein Landsaß und Unterthan sey? Wie auch, was es für eine Beschaffenheit mit der Sächsischen Erb-Huldigung habe? Leipzig 1719. It. B. G. STRVVII *dissert. de iure Landsassiatus in Thuringia. Jenae*, 1722, HENRICI HILDEBRANDI *dissertat. de territorio clauso & non clauso, siue mixto, Alttorffii*, 1714. Comitibus Waldeccensibus lis quondam pariter fuit cum Landgrauiis Hassiacis, qui Comites istos sibi subditos, atque Landsassos esse contenderunt.

arctisſime erat coniuncta. Ortis vero deinde iam ſub Carolingis Ducum, Epiſcopo-

runt. Vid. Kurtze, doch wohlgegründete Ausführung und Information, daß die Grafen zu Waldeck nicht ohnmittelbahre Grafen des Reichs, sondern Dero Hochlöbl. Fürsten zu Hessen unzweifeliche Landsassen und Unterthanen seyn: sammt angehängtem wahrhaften Bericht und Erzehlung der Geschichte, was den Durchl. Hochgebohrnen Fürsten und Herrn, Herrn Moritzen, Landgrafen zu Hessen rc. bewogen, J. F. G. eigenthümlicher Stadt Corbach, auf deren Imploration, gegen ermeldter Grafen unbilligen Gewalt, den begehrten Obrigkeitl. Schutz zu leisten, und wie es damit hergegangen, alles mit darzu gehörigen Beylagen, auf hochgedachter J. F. G. gnädigen Befehlich zu Wiederlegung der gegentheiligen Schmähekarten, Abdruck der Geschichte rc. genannt, abgefasset, und männiglichen zur Nachrichtung in Druck gegeben. Gedruckt zu Cassel, 1622. Lis quidem hæc ſingulari transactione inter Landgrauium Haſſiæ, GVILIELMVM, & Comites Waldecciæ, CHRISTIANVM & VOLRADVM anno 1635. d. 11. Aprilis, eſt compoſita; quam *Pacificatio Osnabrugenſis artic. XV* §. 14. confirmauit. Sed poſtea nihilominus aliquoties recruduit, vt nouis opus fuerit conuentionibus, ad nouas lites extinguendas. Conf. SCHWEDERI *theatrum prætenſionum part. II. cap. III. pag.* 174. *ſeqq.* Add. der unter CARLN dem V. anno 1534. zu Cadan errichtete, und von dem König

ſcoporum atque Abbatum, nec non Comitum ſubvaſallis, hi ſane non erant ſubditi Ducibus atque aliis Dominis; ſed ad ſolum obſequium feudale obligati; quum Domini imperio ciuili proprio carerent. Mutata autem poſtea eſt rerum facies, ſtabilita ſenſim magis magisque ſuperioritate territoriali, ac ſequutis non paucis oblationibus prædiorum, extra territorium ſitorum.

§. VIII.

De iurisdictione in perſonam vaſalli.

Domino quoque ius eſt, iurisdictionem in perſonam vaſalli exercendi; quod tamen limitandum eſt, quoad cauſſas feudales (l). Eſt itaque hæc iurisdictio *legitima poteſtas iuris dicendi in cauſis feudalibus*. Quæ quamuis in Principe territoriali cum ipſa ſuperioritate poſſit eſſe coniuncta; cauendum tamen eſt, ne quis a ſola iurisdictione feudali ad ſuperioritatem territorialem temere concludat; quippe quæ ſunt diſtin-

König FERDINAND nnd allen Chur- und Fürſten des Reichs confirmirte Vergleich, daß einer in eines Fürſten Lehen und Reichs-Affter-Lehen, ſeinem Reichs-Stand und Würden unſchädlich, wohnen könne, apud GOLDASTVM *part. I.* der Reichs-Satzungen, *fol.* 271. §. 19. Summam exhibet SCHWEDERVS *cit. cap. pag.* 178. *ſeq.*

(l) *II. F.* 5. verbis: *quia ſub iurisdictione eius.*

ſtinctisſima ac ſæpisſime etiam ſeparata (m). Præterea ex definitione hic notandum, neque curiam, cui iurisdictio tantum feudalis demandata eſt, neque Principem, cui dominium duntaxat directum cum iurisdictione in quosdam vaſallos competit, poſſe ſuam extendere poteſtatem ad cauſas non feudales; atque adeo male ordinatum eſſe in eiusmodi cauſis ciuium recurſum ad curias feudales (n). Hæc iurisdictio ex veteri feudorum conſuetudine orta, ac lege CONRADI SALICI, Imperatoris confirmata eſt (o), nec non a LOTHARIO & FRIDERICO I. renouata (p).

§.IX.

(m) Conf. Dni de BÜNAV *examen diſſertationum* NEVMANNI a PVCHOLTZ *ex iure publ. & feudali de iurisdictione feudali & ſuperioritate territoriali &c. C. VI.* Vbi & §. 4. recte inculcatur diſtinctio, inter iurisdictionem feudalem *ſimplicem & territorialem.*

(n) Vid. HILDEBRANDI *diſſ. de inordinato recurſu ad curias feudales in cauſſis non feudalibus*, von unbefugter Angehung der Lehen-Höfe. Add. FABRI Staats-Canzley *tom. XXXII. C. XIV. num.* 1. & 2. p. 768. *ſeqq.* it Reichs-*Fama, Part. III. num.* 33. *pag.* 372. *ſeqq.* von *extenſion* der Käyſerl. zu *faveur* der Reichs-Ritterſchafft ergangenen Verordnung, *de non recurrendo in cauſſis mere ciuilibus ad curias feudales.*

(o) *II. F.* 16. & 34.

(p) *II. F.* 55. §. *vlt.* Add. SCHILTERVS *in comment*

§. IX.

Porro ius ipſi eſt, ſeruitia a vaſallo exigendi, ita quidem, vt hic obligatus ſit ad ſeruitia feudalia in perſona, vt vulgo loquimur, non per ſubſtitutum *De iure eius ad ſeruitia.*

ment. ad cap. 10. & 90. *J. F. A.* Hinc SCHANNATIVS in *clientela Fuldenſi benefic. P. II. C. III.* §. 3. *p.* 45. *ſeq.* inter antiquiores eccleſiæ Fuldenſis prærogatiuas etiam recenſet iuriſdictionem feudalem, quam OTTO I. Imperator ad annum 940. in diplomate protectorio confirmans, vetuit, ne vllus iudex publicus, ſiue Comes, *præſertim in re feudali, miniſteriales, vaſallos & homines eiusdem eccleſiæ, ad aliqua omnino iudicia trabant*; ſed *coram Abbate*, 'qui tunc fuerit, *cauſſas ſuas agant.* Id quod deinde conſtanter etiam obſeruatum oſtendit, *ſaltum forenſem a curia feudali Fuldenſi ad curias ſupremas Imperiales* recentioris æui inſtitutum ratus. Maiorem etiam Abbatibus in iure dicundo auctoritatem olim conciliaſſe *numerum Parium*, etiam illuſtrium, ſolito *frequentiorem*, nec non *locum iudicii*, *ſacrum* nempe *templi periſtilium.* Hodie autem curiam feudalem conſtituere Principis Abbatis *Tribunal Aulicum*, cui tanquam Iudex conſtitutus, vulgo Lehn-Probſt, titulo pro veteri more retento, præſit, vnus ex Rev. maioris eccleſiæ capitularibus. Quodſi vero vaſallus *in cauſſa contra Dominum ſpecialem curiam Parium* poſtulauerit, eam ipſi non denegari; dummodo ſumtus ferre velit.

tum (q), præſtanda. Hinc per pacta adiecta perſonalis immunitas obtinenda (r). Vocabulum autem ſeruitiorum, poſteaquam ad diſciplinam beneficiariam applicatum eſt, *latiori ſignificatu* acceptum, omnem vaſalli fidem omnemque eiusdem obligationem cœpit denotare. Sed *ſtrictiori ſenſu acceptum* operas tantum deſignat, ad quas vaſalli ſpeciatim ſunt obligati. Hæc ſeruitia alia ſunt *militaria*, quæ armis præſtantur in militia, (Kriegs-Dienſte, Herrfarth, Ritter-Dienſte;) alia ſunt *pagana*, quæ extra militiam præſtantur, vel in Aula Domini, vel alibi. A ſeruitiis militaribus vaſalli quondam dicti ſunt *milites*; de quo nomine ſatis actum eſt ſupra, (s). Porro alia dicuntur *determinata*, gemeſſene Dienſte (t); alia indeterminata, ungemeßene. § .X.

(q) *II. F. 26. §. ſi quis deceſſerit* 12. *II. F.* 55. *§.* 1. *J. F. Al. cap.* 87. *J. F. Sax. cap.* 46. Pertinent huc formulæ veteres apud SCHANATIVM in *clientela Fuldenſi beneficiaria*: mit unſerm ſelbes Liefe. *Probat.* 406. *it.* 489.

(r) LEIBNITII *Cod. iur. gent. diplomat. in prodrom. p.* 5. *num. VI.*

(s) *Cap. I. §.* 14. *pag.* 12. *ſeq.* De primis autem officiis ac miniſteriis dixi in *diſſ. m. de origine & prima indole feud. Imp.* ſub primis *Francor. Reg.* §. 15--20.

(t) Vaſallorum Sileſiæ ſeruitia ſunt determinata ple-

§. X.

Regula ante posita est limitanda, vt seruitia cessent personalia, 1) si Dominus ipse feudum inhabili dederit; 2) si vel in certo casu vel generatim seruitia remiserit; 3) si vasallus ob aliam iustam caussam, veluti ob ætatem, infirmitatem, dignitatem, & quæ sunt similia, excusandus; modo his casibus aut acceptabilem miserit substitutum, aut, si Domino ita visum fuerit, pecunia redimat seruitium (u). Ob belli tricennalis calamitatem speciatim conuentum (x), *si ab anno millesimo sexcentesimo decimo octauo, feudorum regalium, vel priuatorum nomine, nulla sint præstita seruitia; nemini id fraudi futurum.* *Quando cessent personalia?*

§. XI.

Seruitia militaria præstanda Domino, quotiescunque, ad auertendum periculum imminens, illis opus habet ac eadem desiderat (y). Dominus enim tempestiue eadem indicere tenetur (z). *Quando seruitia præstanda?*

§. XII.

plerumque. Vid. LÜNIGIVS in *corp. iur. feud. German. tom. II. p.* 248. §. 123. It. *tom. III. p.* 319. *num.* 17.

(u) *II. F.* 55. *§.* 1.

(x) In *pacificat. Osnabr. artic. IV.* §. 50.

(y) *II. F.* 7. 26. §. 16. *it.* 28 *pr. & §.* 1.

(z) *J. F. Sax. cap. IV. J. F. Al. cap. VII.* ibique SCHILTERVS in *comment.*

§. XII.

Quomodo præstanda?

Quomodo autem seruitia præstanda, ex litteris clientelaribus & regionis consuetudine diiudicandum. Quibus si seruitia sint determinata, (daß er mit einem, oder zweyen Ritter-Pferden zu dienen habe,) res extra dubitationis aleam est posita. Quodsi inde norma peti non possit, secundum iuris feudalis communis regulam pronuntiandum, indeterminata seruitia esse præstanda; ea tamen ratione, vt Dominus in exigendis seruitiis modum seruet, & ad feudi attendat quantitatem & bonitatem. Necessitatis quoque, vel periculi ratio est habenda; quippe quæ efficit, vt seruitia etiam augeri queant (aa).

§. XIII.

An, & quando augeri possint?

Ceterum *indeterminata* seruitia, si natura, aut facto hominis feudum insigniter auctum sit, etiam augeri, communis est doctrina; quæ & æquitati est concinna; quum seruitia sint pro facultatibus præstanda; secus vero se rem habere, si seruitia sint *determinata*, ac melioratio naturaliter contigerit (bb). Si

(aa) KOHLIVS *de seruitiis feud. part. IV. num.* 98.

(bb) ROSENTHALIVS *de feudis, cap. X. conclus.* 44. *num.* 56. G. A. STRVVIVS in *synt. iur. feud. cap. XI. thes. V. num.* 7.

Si vero incrementum eiusmodi facto Domini, vel vasalli accesserit; in primis attendendum, vtrum in euentum de augendis seruitiis aliquid pactum sit; et placita tunc seruanda ac secundum ea pronuntiandum. Quodsi pactum speciale deficiat; optimum est, vt adhuc paciscantur. Quod nec in ceteris casibus negligendum; quia seruitia ipso iure non augentur (cc).

§. XIV.

Quidsi feudum imminutum? Quodsi feudum insigne passum fuerit decrementum, ac seruitia fuerint *indeterminata;* & hæc minui, æquissimum est; quoniam eiusmodi seruitia pro redituum quantitate præstantur. Sin *determinata* fuerint, manent hæc seruitia; nisi tantum fuerit decrementum, vt vasallus præstare seruitia nequeat. Sin facto Domini contigerit, nullum est dubium, quin seruitia etiam determinata sint minuenda. Si vero vasalli culpa contigerit, eadem procul dubio manent seruitia; quum damnum, quod quis sua culpa sentit, sentire non videatur (dd).

§. XV.

Quidsi plures vasalli? Si plures vasalli feudum possideant pro

(cc) TITIVS im Teutschen Lehn-Recht, *cap. XIV.* §. 14. *seqq.*

(dd) Conf. STRVVIVS *cit. cap. num.* 9. & 10.

pro indiuiso, ad vnum tantum omnes obstricti sunt seruitium; sed singuli in solidum (ee); vt locum haud habeat beneficium diuisionis; quum indiuidua hæc sit obligatio (ff). Vno tamen eorum seruitia præstante, reliqui liberantur (gg.) Plerumque autem communem constituunt prouassallum, qui omnium nomine Domino de seruitiis tenetur.

§. XVI.

Quid si plures Domini? Si vnius eiusdemque feudi plures Domini; omnibus quidem ac singulis in solidum obligatus est vasallus ad seruitia præstanda. Quoniam enim unum duntaxat est feudum; vna quoque tantum est ad seruitia obligatio (hh). Quare, si uni ex pluribus tantum seruitii sit præstitum, quantum de isto feudo exigi potuit; reliquis non tenetur (ii).

§. XVII.

Quid si plures de dominio directo litigent? Quodsi plures de dominio directo inter se contendant, atque alteruter in possessio-

(ee) *II. F.* 77.

(ff) ROSEENTHALIVS *de feud. cap. IIX. num.* 1. *seqq.*

(gg) Per *cit. text. II. F.* 77.

(hh) *II. F.* 55. § 2. verb. *vt vasallus pro vno feudo plures Dominos habere non compellatur.* It. *II. F.* 77.

(ii) G. A. STRVVIVS in *syntagm. iur. feud. cap. XI. thes. VII. num.* 4.

possessione sit constitutus; huic vasalli seruire tenentur. Si vero neuter possideat; nec cuiquam seruiendum, donec lis composita. Exemplo in primo esse possunt Ducatus Iuliae, Cliuiae et Montium.

§. XVIII.

Vasalli Domino seruire tenentur in bello iusto; vnde concluditur, in bello aperte iniusto hanc cessare obligationem (kk). Qua de re inter se contendunt interpretes. Mihi distinguendum pragmatice, vtrum vasallis sola obedientiae gloria sit relicta; et profecto iudicium de iustitia belli soli Domino relinquere, eumque in militiam sequi tenentur; an vero ipsis cum reliquis prouinciae statibus de iustitia belli relictum sit arbitrium, in comitiis prouincialibus exercendum; ac sane, bello in comitiis reiecto, nec seruitia Dominus potest imperare. *Quid si bellum iniustum?*

§. XIX.

Quodsi Dominus alteri, bellum gerenti, stipendio militet; vasalli ad seruiendum tali in casu non sunt obligati; nisi causa Domini commoda simul respiciat; seruitia enim ista ad pecuniariam non *De militia conductitia.*

(kk) *II. F. 28. pr.*

non possunt referri vtilitatem; sed potius ad commodum Domini personale.(ll)

§. XX.

Aduersus quos seruiendum?

Ex regula iuris feudalis, vasallus Domino aduersus quoscunque, ne patre quidem suo excepto, seruire tenetur. Excipitur tamen supremus reipublicæ Imperans; quippe cui arma inferre ciues iure diuino humanoque prohibentur. Quare et in formula fidelitatis Longobardica (mm) Imperator & Rex verbis excipitur disertis. Excipiendus etiam est Dominus territorialis, si feudum in territorio situm sit alieno (nn).

§. XXI.

Applicatio ad Germaniam.

Et quamuis ista formula in Italia orta sit; nihil tamen obstat, quo minus & ad Germaniam applicari queat; quum & ex principiis iuris publici vniuersalis & particularis, principes ac status Imperii nostri alii Imperatoris Maiestatem comiter colere ac reuereri teneantur. Hinc vbi ius inter se & cum exteris, pro sua cuiusque conseruatione ac securitate, foedera pargendi, ipsis indulgetur, simul

(ll) KOHLIVS *de seruitiis feud. part. II. num.* 109.

(mm) *II. F.* 7. *II. F.* 55. § *vlt.*

(nn) Vid GRIBNERVS in *opusculis tom. IV. sect. V. de dominio directo in alieno territorio, ad* §. 8. *not. f.* &c.

mul cautum eſt, *ne eiusmodi fœdera ſint contra Imperatorem & Imperium pacemque eius publicam, vel hanc inprimis transactionem, fiantque, ſaluo per omnia iuramento, quo quisque Imperatori & Imperio ſit obſtrictus* (oo). Limitanda tamen hunc in modum eſt regula: niſi Imperator ſtatui Imperii innocenti vim inferat iniuſtam. Quæ & exemplis præcedentium ſeculorum poſſunt illuſtrari.

§. XXII.

Quodſi plures Domini exegerint ſeruitia?

Si forte vaſallus plures habeat Dominos, atque hi eodem momento ſeruitia exigant; antiquiori, quippe cui ius prius quæſitum, ipſe; reliquis autem per ſubſtitutos habiles ſeruire tenetur, aut expeditiones nummis redimere (pp). Sin dubium fuerit, quis antiquior exiſtat Dominus; potior erit, qui prior vaſallum prouocauit (qq).

§. XXIII.

Cuius ſumtibus ſeruiat vaſallus?

Ad quæſtionem, cuius ſumtibus ſeruiat vaſallus? communis eſt reſponſio, *domini ſumtibus* ſeruire vaſallum (rr); niſi

(oo) Vid. INSTRVM. PAC. OSNABR. *artic.* IIX §. *gaudeant.* 2.

(pp *II. F.* 28. § *vlt.* lt. 99. *in fin.*

(qq) KOHLIVS *cit. part. II. n.* 10. *ſeqq.*

(rr); nisi aliud pacto, vel moribus introductum (ss). Ius feudale Saxonicum (tt) pariter, atque Alemannicum (uu), vt vasallus Domino suis sumtibus seruiat per sex septimanas, iubent. Consuetudine vero receptum dicitur, daß der Herr giebt seinen Lehenleuten, wenn sie bey ihm ankommen, und mit ihm ziehen, Futter, Mahl und Hufschlag (xx).

§. XXIV.

Quidsi damnum dassus sit vasallus?

Quodsi damnum in rebus suis passus fuerit vasallus, id ipsum Dominus eidem reparare debet iure Saxonico (yy). Quod & moribus Fuldensibus re-

(rr) *II. F.* 107. *pr.*

(ss) Quod inprimis obtinere debet, vbi beneficia sua acceperunt vasalli, vt seruirent: tunc enim stipendia iam sunt repraesentata.

(tt) *Artic. IV.*

(uu) *Cap.* VII. §. 4. Apud Anglos, si quis integrum feudum militare habeat, *quadraginta dies* in exercitu, suis impensis, manere cum Domino tenebatur; qui dimidium tantum militis seruitium debet, per *viginti dies*; & qui quartam feudi partem nactus est, *decem diebus*. CRAGIVS *iur. feud. lib.* I. *tit.* X. §. 7.

(xx) CARPZOVIVS *part.* III. *Constit.* XXIIX. *def.* 19. *num.* 11.

(yy) *Artic.* IV. versu: Wer ein Pferd ꝛc. Pertinet huc, ad illustrationem, historia de CONRADO KAVFFVNGIO; quam vide in BIRCKENS Sächsischen Helden-Saal, *part.* II. *p.* 66.

receptum (zz). Quicquid autem sit iuris huius singularis; vbi simile quid non est vsu receptum, nec Dominus ad damni reparationem dici potest obligatus; quum nulla ipsi culpa possit imputari.

§. XXV.

An Dominus, loco seruitiorum, pecuniam exigere queat?

Inuitis vasallis, Dominum pro seruitiis pecuniam exigere non posse; nec vasallos ipsi inuito pecuniam obtrudere, iuris est manifesti. Aliud enim pro alio, ex regula, nec potest exigi, nec inuito solui. Textus autem iuris feudalis (a), qui contrarium docere videntur, de consentientibus sunt intelligendi.

§. XXVI.

Nomina illius pecuniae, & quantitas.

Quae seruitiorum loco soluitur, pecunia *hostenditiae*, vel *adoba*, vel *adaeratio*, Herr-Steuer, Reise-Geld, Farthlösung, denominari solet (b). Quantitas illius iure est definita, ac fuit quondam tertia pars fructuum vnius anni (c); deinde in partem dimidiam transmutata (d); & quidem ad reditus illius anni, in quo

p. 66. *seqq.* ex edit. FELLERI & HORNII.

(zz) SCHANNATIVS in *client. Fuld. beneficiaria part. I. cap.* III. §. 1. *num.* 3. *p.* 42.

(a) *II. F.* 40. §. 2. *II. F.* 54. & *II. F.* 55. §. 1.

(b) L. B. de COCCEII *diss. de adoba.*

(c) *II. F.* 40.

(d) *II. F.* 55. §. 1.

quo expeditio instituenda, est attendendum (e)

§. XXVII.

De usu hodierno.

Quæ hactenus de seruitiis personalibus in medium proposuimus, hodie vix ac ne vix quidem vsum habere possunt; postquam alia militiæ est facies, Principesque perpetuum alunt militem mercenarium.

§. XXVIII.

De annuo canone.

Vnde concludimus, quum ipsa vasallorum obligatio non sit sublata, atque equus feudalis in prædiis feudalibus pretio æstimari soleat in hunc vsque diem; melius profecto sibi consulere Dominum, si annuum sibi canonem ex pacto curet soluendum. Cuius rei exemplum præbuit anno 1717. Rex Borussiæ Potentissimus. Neque propterea feudorum equestrium indoles atque immunitas realis exspirat, prout perperam *B. G.* STRVVIVS (f) existimauit: retulit enim feuda

(e) Qui modus computandi prostat in *II. F.* 40. Ac perperam L. B. de COCCEII in *dissert. cit.* arbitratus est, *cap. II.* §. 7. illum computandi modum, per constitutionem FRIDERICI I. recentiorem esse mutatum. Nam penitius consideranti hanc constitutionem facile patebit, solam quantitatem; nullatenus priorem computandi modum esse mutatum.

(f) In *iurisprud. feud. cap. V.* §. 10.

feuda Nobilium immediatorum, qui, loco seruitiorum, subsidium, vt vocant, charitatiuum Imperatori soluunt; nec non feuda Borussico-Brandenburgica, ob annuum canonem, de iis soluendum, ad *feuda censualia.* Feuda vero, ratione primae suae constitutionis, hactenus equestria, manent talia, omnemque dignitatem suam, omniaque priuilegia retinent; licet seruitia, quae olim fuere personalia, noua deinde conuentione in annuum, vel alium canonem fuerint transmutata; neutiquam vero viliorem feudorum censualium indolem nanciscuntur. Quare, quum nobiles Borussico-Brandenburgici deteriorem hanc conditionem metuerent, solenni diplomate Regio publice ipsis hac de re cautum est sub titulo: Königl. allergnädigste declaration und Assecuration an Dero getreue Ritterschafft ꝛc. (g)

§. XXIX.

Feudum autem censuale est *feudum plebeium, ratione seruitii improprium, cuius possessor, secundum primaeuam huius feudi indolem, loco seruitiorum, censum* *De feudo censuali.*

(g) Vid. *Electa Iur Publ. tom. X. p. 631. seqq.* it. *p. 880. seqq. tom. XV. p. 847. seqq.* Add. Rechtliches Gutachten wegen der Lehens-Verrbung, und jährlicher Bezahlung der Ritter-Pferde. Berlin, 1718.

ſum ſoluit annuum. Et quamuis eiusmodi prædia plerumque ſint cenſitica allodialia, aut etiam emphytevtica; dantur tamen & interdum, quæ veri habent indolem feudi atque eſſentiam, ac ſpeciatim fidelitatis promiſſionem continent (h).

§. XXX.

Quid de Imperii vaſallis?

Quemadmodum in proxime præcedentibus percepimus, nobiles immediatos non amplius ſeruire; ita idem & de aliis Imperii vaſallis eſt obſeruandum. Interea, omnes ad ſeruitia adhuc eſſe obligatos, communis Doctorum ſchola tradit.

(h) Exemplum ex actis iudicialibus, e Comitatu Mansfeldenſi ad Facultatem noſtram, anno 1636. tranſmiſſis, notaui; atque illuſtrationis gratia partem litterarum clientelarium huc apponam. Ich Thilo Lebrecht von Trotha auf Hecklingen, Gänſefurth und Deutſchenthall ꝛc. Erbherr, vor mich und meine Nachkommen, uhrkunde und bekenne hiermit, daß ich Andreas Hulben, in Gorßleben, einen Garten allda, ſo ein Küſter-Garten iſt, in Schochwitziſchen Gerichten, auf ſein geziemendes Anſuchen, beliehen habe, beleihe auch ermeldten Andreas Hulben und ſeine Erben und Erbnehmen, hiermit und Krafft dieſes, dergeſtalt, daß er meinem Hauße allhier, und deſſen künfftigen Beſitzern, treu, hold und gewärtig ſey ꝛc.

tradit (i). Atque hoc inde putant esse quam manifestissimum, quod 1) copias auxiliatrices tempore belli mittere teneantur, & suam equidem quisque ratam, (*Contingent,*) in Imperii matricula determinatam; 2) quod comitari debeant Imperatorem in expeditione versus vrbem Romam; 3) quod ipsi in comitiis comparere teneantur; 4) quod tributa pro Imperii necessitate ab ipsis sint soluenda; & quæ sunt similia. Sed salua res est; neque hæc vasallorum seruitia demonstrant. Nam eadem onera & alii Imperii ciues, qui nulla feuda tenent, ferre debent. Quædam etiam sunt mutata: veluti comitatus Imperatoris in expeditione Romana; quippe quæ, ab obitu Imperatoris CAROLI V. cessauit; nec amplius ipsi status Imperii in comitiis comparere coguntur; sed per legatos intersunt.

§. XXXI.

De obligatione ad officia.

Fuere etiam, inde ab antiquissimis temporibus, in Germania vasalli, ad officia *Regni* obligati: veluti *Duces* & *Comites;* nec non, qui officia palatina seu aulica præstare tenebantur: vt *Marschalli*, *Dapiferi*, *Pincernæ*, *Camerarii*, similesque. *Feuda* posterioris generis dice-

(i) ITTERVS *de feudis Imperii Cap.* XX. §. 1. *seqq.*

cebantur a seruitiis *palatina* (k). Talia olim erant, ac hodienum sunt, feuda Ducum Germaniæ, qui de Ducatu, annexo *Archi-Mareschalli*, *Archi-Camerarii*, *Archi-Dapiferi*, atque *Archi-Pincernæ* officio, inuestiuntur, nec non *subofficialium* illorum feuda. Quatuor ista, quæ iam iam nominaui, officia palatina non solum in aulis Regum Francicorum vsitata fuere; sed & sub Carolingis in aulis quoque Principum ecclesiasticorum, nec non Ducum Comitumque (l).

§. XXXII

(k) De feudis palatinis B. G. STRVVIVS in *iurisprud feud. cap. V. §. 23. p. 163.* asserit, eas ad fœminas potuisse deuolui. Qua de re ego valde dubito. Neque assertum istud per ea, quæ Auctor sub §. *in not.* adduxit, probatum est: testimonia enim in medium producta loquuntur tantum de dotalitio viduæ; minime vero a dotalitio ad successionem fœminarum licet argumentari. Huc accedit, quod feuda palatina data fuerint, intuitu officiorum personalium, in curia domini obeundorum a vasallis; quibus tamen fœminæ fungi haud poterant, veluti officio Marschalli; Cubicularii, Dapiferi, venatoris Aulici &c. Inprimis autem de officiis feudalibus consulendus Illustr. Dn. de LVDEWIG in *iur. feud. cap.* XII. vbi non pauca occurrunt singularia.

(l) Non ignota sunt, feuda *Bambergensia* palatina

§. XXXII.

Feudum, *quod ab omni ſeruitiorum atque officiorum onere liberum eſt ac immune*, francum dicitur (m). Sed neceſſe eſt, vt iſta immunitas clare ac perſpicue ſit conceſſa: in dubio etenim, omiſſa ſeruitiorum in litteris clientelaribus mentione, nihilominus pro ſeruitiorum præſtatione eſt præſumtio; quum hæc ad ordinariam pertineat feudorum naturam. Quare feudum vere francum, deinde Domino apertum, ſi denuo alii tradatur inueſtitura, neutiquam exiſtimandum eſt, nouum vaſallum ab onere ſeruitiorum eſſe immunem: prior enim qualitas per aperturam omnino exſpirauit. Nec immunitas a quibusdam ſeruitiis abſolutam inuoluit immunitatem (n). *De feudo Franco.*

§. XXXIII.

tina. De *Fuldenſibus* vid. SCHANNATIVS in *clientela Fuldenſi benefic. part I. cap. III.* §. 13. p. 23. De *Eichſtadienſibus* LVEDEKE *de adærat. ſeruit. milit.* §. 11. p. 14.

(m) Quod vocabulum denotat liberum atque immune; in corpore autem iuris feudalis non deprehenditur; licet res ipſa adſit *II. F. 104. pr. in fin.* Nonunquam *francum* pro *nobili* vſurpatum; ac certum eſt, in capitulis Francorum hominem *liberum ac ingenuum* dici francum. Vid. CAROLVS DUFRESNE in *gloſſario med. æui h. v.*

(n) Conf. HORNIVS in *diſſert. de feudo franco* §. 14. *ſeqq.*

§. XXXIII.

An feuda equestria a tributis immunia? Feuda equestria, ob immunitatem suam, ab onere tributorum esse libera, constans est Doctorum opinio: alias enim prædiis rusticis forent similia. Quæ itaque regula sine dubio & in feudo franco locum habebit; nec Dominus, qui a seruitiorum onere feudum hoc liberauit, insolitum ac grauius tributorum onus imposuisse, censeri potest.

§. XXXIV.

An vasalli ad alimenta obligentur? Vasallos etiam ad dominum inopem alendum obligatos esse, pariter docent Iureconsulti. Et quamuis ius feudale hac de re nihil præceperit; si tamen iste casus contigerit, vt Dominus eiusmodi inopia laboret, obligatio demonstratu est facillima: Vasalli enim obligati sunt ad Domini emolumenta, tum intuitu vitæ corporisque, tum intuitu honoris ac bonorum, promouenda. Vnde profecto porro consequitur, eos etiam ad inopem alendum esse obstrictos.

§. XXXV.

De iure ad tutelam vasalli. Præterea ad Domini iura etiam pertinet ius ad tutelam vasalli impuberis (o), vt vel ipse tutelam suscipere possit, vel tu-

(o) *Ius feud. Al. cap.* 49. & 55. *ibique* SCHILTERVS *in comment.*

tutores dare. Interea lis quædam hic eſt notanda de datiua ſubuaſallorum Imperii tutela; quando nempe v. g. Comes Imperii, certo reſpectu immediatus, ſimul eſt ſubuaſallus alicuius ſtatus Imperii; veluti Comes Mansfeldenſis. Tunc enim quæſtio eſt controuerſa, & intuitu præſentis Comitis Mansfeldenſis mota, mortuo anno 1717. ipſius parente, vtrum eiusmodi ſubuaſallo Imperator tutorem det, vel confirmet; an vero Domini feudi proximiores, ſtatus nempe Imperii? Quamuis vero in aula Imperiali, atque etiam a matre impuberis Comitis prius fuerit defenſum; poſterius tamen, ex genuinis principiis iuris feudalis & publici verius eſt. Tutelæ enim datio vel confirmatio eſt pars iurisdictionis: quemadmodum igitur proximiori Domino iurisdictio competit proximior; ita & tutelæ datio vel confirmatio ad ipſum pertinere debet (p).

§. XXXVI.

(p) Videantur, quæ occaſione tutelæ Mansfeldenſis ſcriptis publicis deduxere Rex Boruſſiæ, vt Dux Magdeburgicus, & Rex Poloniæ, vt Elector Sax. Conf. *opusculum* SPENERI *de tutela datiua ſubuaſallorum Imperii*.

§. XXXVI.

An Imperator & Camera concurrant in dandis tutoribus?

Notatu quoque digna alia est controuersia de tutelis Principum, Comitum ac dynastarum Imperii: vtrum nempe eiusmodi vasallis Imperii tutores det, vel confirmet solus Imperator, per Senatum Aulicum Imperialem; an vero & Camera Imperii hac in re concurrentem exercere possit iurisdictionem? Quemadmodum certissime eadem gaudet in tutelis nobilium Imp. immediatorum. Prius consiliarii Imperiales, & ICti alii affirmant, ad ORDINATIONEM IVDICII CAMERALIS (q) prouocantes, vbi Imperatori soli iurisdictio, intuitu eiusmodi feudorum Imperii maiorum, sit reseruata. Verum ad hunc locum respondet iudicium Imperii Camerale, ibidem Imperatori soli iurisdictionem non generatim esse reseruatam; sed in casu duntaxat speciali, ibidem expresso: So einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden solten; vnde nullatenus valeat conclusio ad tutelæ dationem & confirmationem.

§. XXXVII.

Tutela fructuaria.

Tutela ista impuberis vasalli erat fru-

(q) *Part. II. tit. VII.*

fructuaria (r); ita quidem, vt Dominus, si ita visum, hunc vsum fructum alii largiri potuerit, seruitiorum præstandorum caussa. Feudum eiusmodi dictum est etiam olim feudum *guardiæ*; quoniam erat in *guarda*, seuDomini custodia (s).

§. XXXVIII

Sed hæc tutela fructuaria diu in Germania ab vsu recessit, atque ex regula agnatus proximior, qui proxima succedendi spe gaudet, etiam ad onus tutelæ vocatur; nisi pater tutelam filii ipse ordinauerit. *Vsus hodiernus.*

§. XXXIX.

Ordinatio ista olim confecta fuit per *Tutela pacti tia ac testamentaria.*

(r) SCHILTERVS in *comment. ad J. F. Al. cap.* 55. Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG *diss. de tutela German. fructuaria.*

(s) THOMAS CRAGIVS *iur. feud. lib. II. tit.* XX. Durauit ista custodia in masculis vsque ad annum 21. fœmina autem post annum XIV. pro nubili habetur, &, pro arbitrio Domini, militi, qui seruitiis militaribus & consiliis Domino adsit, potest collocari, eaque cum nupsit, censetur maior & a custodia liberatur. Vltra annum XIV. si Dominus cessauerit, fœminam elocare, illam de feudo suo inuestire tenetur. *Cit. cap. XX.* §. 3. *seq. pag.* 522. *seq. it.* §. 8. *p.* 530. *it.* §. 10. *p.* 532.

per pactum (t); quoniam vsus testamentorum veteribus Germanis, vt supra iam cognouimus, fuit ignotus omnino. Posteaquam vero hic inualuit, & tutela orta est testamentaria, hæc & hodienum locum habet; nisi singulare obstet impedimentum, vel a lege, vel a pacto oriundum.

§. XL.

Tutela Electoralis an possit esse testamentaria?

De tutela Electorali testamentaria orta est controuersiia, ex diuersa A. B. interpretatione. In ipsa (u) A. B. patruo seniori, vel, hoc deficiente, proximiori agnato tutela defertur. Verum ex antecedentibus, quæ de solo iure electionis negotiisque Electoralibus agunt, non obscure patet, hanc dispositionem intelligendam tantum esse de Electoratu negotiisque Electoralibus. Vnde consequitur, intuitu educationis personalis, nec non aliorum territoriorum

(t) V. C. AVG. LEYSERVS *de tutela pactitia*; it. in *meditat. ad pand. Volum. V. specim.* 327. *seq.* It. V. C. FRIDERICVS GLAFEY in *dissertat. epistolica de tutela pactitia*, oder Vormundschafft, so aus Zusagen entstehet. Add. CHRISTIANI HENR. HILLERI *figmentum tutelæ speciei quartæ, pactitiæ &c.* It. V. C. CAROLI GOTTLIEB KNORRII *progr. de tutela pactitia, Romanis incognita.*

(u) *Cap. VII.* §. 4.

rum ac negotiorum, tutelam teſtamentariam, a patre ordinatam, vtique locum ſimul habere poſſe (x).

§. XLI.

De Principatibus, quum nulla adſit prohibitio, eo minor eſt dubitatio; niſi forte pacta familiæ obſtent, tutelam proximiori agnato deferentia (y). *Quid de Principatibus?*

§. XLII.

Et matris atque auiæ tutela feudalis vſu per Germaniam eſt recepta; quæ & ante introductum ius Romanum iam obtinuit; tum intuitu feudorum prouincialium, tum Imperialium, etiam maiorum. Nec iuri Saxonico eadem repugnat (z). Et quamuis *gloſſa* certis eam dun- *De tutela matris ac auiæ.*

(x) Vid. *L.* B. de COCCEII *diſſert. de tutelis illuſtrium.* Add. Illuſtr. Domini de LVDEWIG *Comm. ad A. B.* §. 4. ante citato; vbi & prolixior Doctorum deſignatio occurrit, qui in vtramque partem, ortis controuerſiis publicis, hac de re ſcripſerunt.

(y) De tutela teſtamentaria, quam Dux Würtembergicus anno 1737. proxime ante obitum ſuum ordinauerat, lis ex hoc capite orta; quam exponit Reichs-*Fama, part. XXIII. cap.* III. *p.* 208. *ſeqq.* Add. FABRI, Staats-Cantzley *tom. LXXI. cap.* XII. *p.* 703. *ſeqq. tom. LXXII. cap.* X. *p.* 594. *ſeqq. tom. LXXXIII. cap.* XI. *p.* 372. *ſeqq.*

(z) Vid. IVS PROV. *artic.* XI.

duntaxat in casibus admittat: si nempe agnati vel plane deficiant, vel in loco, vbi degant pupilli, domicilium non habeant, vel hi illegitimi sint; hanc tamen restrictionem vsu non seruari, nouimus (aa). Ad feudorum autem administrationem solae, ex regula, non admittuntur in Saxonia Electorali; sed aliquis saltem simultanee inuestitorum ipsis adiungendus; nisi tales deficiant omnino, aut foeminae aliae sint simultanee inuestitae. Nec desunt exempla tutelarum maternarum in Principatibus Imperii bene administratarum (bb).

§. XLIII.

De renunciatione. Et solennis matrum atque auiarum tali in casu renunciationes ab vsu non recesserunt, ne quidem inter Principes Imperii, vt exemplum viduae Ducis Würtembergici nuper docuit (cc).

§. XLIV.

(aa) HORNIVS in *iurisprud. feud. cap.* VI. §. 16.

(bb) Conf. ELECTA I. P. *tom.* VIII. *pag.* 966. *seqq.* It. B. G. STRVVII *synt. iur. publ. cap.* XXVII. §. 26. Vbi & de statuum prouincialium tutela.

(cc) Vid. *loc. cit. sub* § 41. Quae autem de officio tutoris, de satisdatione, inuentarii confectione, atque hypotheca in bonis tutoris passim in iurisprud. feud. immiscentur, studio omitto, velut alibi exponenda, aut inde repetenda.

§. XLIV.

Pubertas alia est *feudalis*; alia *ciuilis*: hæc in maiori ætate Germanis consistit; illa in eo, vt vasallus sit habilis ad inuestituram; quod contingit, anno decimo tertio & sex septimanis exactis (dd). Iuramentum autem ante annum XIV. ipsi non potest iniungi (ee). Maior ætas iure Saxonico (ff), finito anno XXI. est acquisita. Quod & inter Saxoniæ Duces obtinet, nonnullosque alios Imperii Principes (gg). Electores anno XIIX. ætate fiunt maiores (hh). In aliis Imperii Principibus, qui singularibus non gaudent priuilegiis, terminus iuris communis, nempe annus XXV. est attendendus. Interea Imperator terminum potest breuiare, venia ætatis decenter petentibus indulta. *De pubertate maiorique ætate vasallorum.*

§. XLV.

Ius quoque Domino erat, a vasallis desiderandi, ne sine suo consensu matri- *De iure consensus in nuptias vasalli.*

(dd) I. F. SAX. *cap. XXVI.* (*XXIIX.*) I. F. AL. *cap. LII.* §. 2.
(ee) I. F. AL. *cap. LI.*
(ff) *Cit. cap.*
(gg) Vid. ELECTA *J. P. tom.* IIX. *p.* 968. *it. p.* 1024. *seqq*
(hh) *A. B. cap.* VII § 4. ibique Illustr. Dn. de LVDEWIG in *comment. pag.* 736. *seqq.*

matrimonia inirent (ii). *Maritatio* vocatur; quae definitur, quod sit *potestas, iure introducta, in fauorem Domini, vt possit heredem vasalli, qui de Domino, quum obiit, feudum militare tenuit, pro suo arbitrio, sine disparitate, maritare.* Ratio quoque huius maritationis haec adducitur, quod Dominorum maximo intersit opere, ne feuda sua in alienas atque ignotas & non amicas transeant familias, aut eum accipere vasallum teneantur, de cuius fide & obsequio plane non sint certiores. In masculo etiam herede Domini quam plurimum interesse, vt amicissimam suae familiae vxorem habeat vasallus; quum eorum animi plerumque ex coniugum arbitrio non pendeant solum; sed & peruertantur (kk). Matrimonia itaque, sine Domini consensu contracta, irrita declarabantur; quod docet exemplum celebratissimum ANNAE BRITANNICAE, quae, sine consensu CAROLI IIX. Galliarum

(ii) Vid. Illustr. Dn. de LVDEWIG *dissert. de differ. iur. Rom. & German. in consensu connubiali extra patrem, different. VI.* vbi mores variarum gentium. V. C. 10. GEESTOR in *comment. de Ministerialibus pag.* 127. *seqq.* qui ex genuinis monumentis rem optime demonstrauit.

(kk) CRAGIVS in *iur. feud. lib. II. tit. XXI.*

liarum Regis, Imperatori MAXIMILIANO I. nupserat. Præterea & in Regnis vtriusque Siciliæ, nec non Angliæ Scotiæque libera matrimoniorum facultas pariter est circumscripta (ll).

§. XLVI.

Vsus hodiernus. Quantum ad vsum hodiernum attinet, frequens testatur experientia, non solum vasallos prouinciales ab hoc onere, ex regula, cum aliis ciuibus, esse immunes; sed & inprimis Imperii nostri R. G. vasallos maiores ipsos, neglecto omni Imperatoris consensu, vxores ducere, atque filios etiam Principes filiasque Germanis pariter ac peregrinis pro arbitrio despondere (mm).

§. XLVII.

De actione praeiudiciali. Ex iure itaque in personam, quo gaudere Dominum, ostendimus, consequitur, eidem quoque esse actionem praeiudicialem (nn). G. A. STRVVIVS (oo) equidem hoc negat, ex ea ratione-

(ll) Qua de re vid. MYLERVS ab EHRENBACH in *gamologia personarum illustrium cap.* II. & III.

(mm) MYLERVS ab EHRENBACH *cit. cap.* III. §. 4. *seqq.*

(nn) SCHILTERVS in *instit. iur. feud. cap.* VI. §. 3.

(oo) In *synt. iur. feud. cap.* XVI. §. 2. *num.* 6.

ne, „quod vasallus intuitu rei, quam „acceperit, ad fidem sit obstrictus, non „ratione singularis status, seu conditio„nis personæ.„ Sed salua res est: status enim est *eiusmodi hominis conditio in ciuitate, secundum quam diuerso ab aliis iure vtitur.* Quis vero negabit, rei conscius, vasallorum eam esse conditionem singularem, vt diuerso ab aliis ciuibus iure vtantur? Ergo consequitur, locum etiam habere actionem præiudicialem de conditione vasallitica agnoscenda. Quod autem STRVVIVM & alios ad dissensum permouit, præiudicata est iuris Romani opinio, ac si triplex tantum detur status ciuilis: libertatis, ciuitatis & familiæ; quum tamen certissimum sit, teste experientia, plures omnino passim dari status & conditiones ciuiles, ex quibus iura oriantur diuersa.

§. XLVIII.

De iure Domini circa rem feudalem.

Ius, quod Domino, post feudi constitutionem, circa rem feudalem competit, *dominium* appellatur *directum*; atque hoc vocabulum SCHILTERVS(pp), ab *actionibus directis* ortum esse, arbitratur. Directæ vero actiones in iurisprudentia Romana dicuntur, quæ *actori directo*

(pp) In *instit. iur. feud. cap. VI.* §. 8.

directo & disertis verbis legis, aut edicti sunt datae; vtiles vero, *quae per interpretationem prudentum ad casus similes sunt extensae*, idque ob aequitatis rationem. Quo sensu nulla ratione dominium in feudo distingui poterit in directum & vtile. Quod & ipse SCHILTERVS (qq) fateri cogitur. Quare directum hic potius idem est, quod *directiuum*, seu *dirigens*, Ober=Eigenthum; vtile vero hic *legitima* dicitur *facultas vtendi fruendi, cum aliqua dominii particula coniuncta*, quae competit vasallo. Aliam dominii directi deriuationem suppeditauit GVNDLINGIVS (rr), vocabulum *directum* ortum esse ex germanico: die Rechte, arbitratus, secundum pronunciationem Gallorum; die recte; atque adeo vocabulum denotare complexum omnium iurium, Domino competentium. Quae tamen coacta mihi videtur deriuatio.

§. XLIX.

Effectus huius iuris in alienatione.

Cuius iuris effectus est potior, ne ius alienandi feudi penes solum sit vasallum; sed Domino & vasallo commune, vt

(qq) In *comment. ad J. F. Al.* & quidem *ad rubricam* §. 3.

(rr) In *Gundlingianis P. XII. obs.* 2. §. 4. & *seq.*

vt hic illius consensum decenter petere teneatur (ss). Et quidem si subfeudum sit, Domini proximioris opus est consensu. Quod & de feudo mere hereditario verum est; nisi simul diserte pactum fuerit, vt libera sit alienandi facultas (tt). Quamuis enim in vulgaribus ita se res habeat allodiis, vt, quae in quoscunque heredes possunt transmitti, etiam inter viuos pro lubitu possint alienari; in feudis tamen singularis reddi potest ratio, quare a promiscua successione ad facultatem alienandi inter viuos non valeat conclusio. Promiscua enim ista succedendi ratio pertinet ad exceptionem a regula, de ordinaria feudorum natura; ab vna autem exceptione ad alteram non valet argumentatio; quum exceptiones sint stricti iuris, neque adeo extensionem admittant; sed potius semper tamdiu inhaerendum regulae de ordinaria feudorum natura, donec singulae exceptiones, de quibus controuersia est, demonstrentur.

§. L.

De oppignoratione. Pariter & ad oppignorationem Domini consensus desideratur; quippe quae li-

(ss) *I. F.* 5. §. 1. *II. F.* 9. *pr. II. F.* 52. *pr. II. F.* 55. *pr.*
(tt) *II. F.* 48. *pr.*

licet non ſit vera alienatio; via tamen eſt ad alienationem. Neque ſufficit contractus principalis, velut mutui, confirmatio; ſed Domini conſenſus in pignus ſpeciatim deſideratur.

§. LI.

Quæ regula quoque ad Imperii feuda eſt applicanda, vt nec hæc a vaſallis Imperii alienari, vel oppignorari valide queant. Sunt equidem Iureconſulti nonnulli, qui hanc theſin alto ſupercilio contemnunt ridentque; argumentum ſimul ab inſigni vaſallorum Imperii libertate ducentes, quæ eiusmodi prohibitionem iuris feudalis non admittat. Sed 1) vaſalli Imperii vera etiam habent feuda; quæ itaque ex communi feudorum natura ſunt æſtimanda, donec ſingularis eorum natura in hoc, vel alio momento, perſpicue demonſtretur; 2) a quadam vaſallorum libertate ad facultatem alienandi liberam minime licet argumentari; quum ne quidem Principes, ſummo atque abſoluto imperio inſtructi, imperium ſuum, aut regni prouincias, pro arbitrio, poſſint alienare (uu).

Applicatio ad feuda Imperii.

§. LII.

(uu) ITTERVS *de feudis Imperii cap.* XXIII. §. 2. *ſeqq.* Illuſtr. Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV. §. 2. *ſeqq.*

§. LII.

An & Statuum Imp. consensu opus?

Sed quæritur, vtrumne & Statuum Imperii consensus ad eiusmodi alinationes desideretur? Ac profecto hæc affirmanda videtur quæstio; quoniam alienationes atque oppignorationes rerum Imperii omnes in CAPITVLATIONE (xx) Imperatori sunt interdictæ, nisi accedat Ordinum Imperii consensus. Vnde argumentum, ob rationis paritatem, duci percommode posse videtur ad confirmationem alienationum atque oppignorationum, ab aliquo Imperii vasallo susceptarum. Quodsi feudum Imperii alienandum ecclesiæ sit, præter Episcopi, vel alius Præsulis ecclesiastici consensum, Capituli quoque, vel conuentus consensus pariter est necessarius; qui si defecerit, sententia interlocutoria ante omnia desiderari solet (yy).

§. LIII.

De consensu agnatorum vel simult. inuestitorum.

In feudis antiquis alienandis, & agnatorum, aut, sicubi simultanee inuestitis, vel etiam aliis ex pacto ius succedendi quæsitum, horum quoque opus est

(xx) CAPITVLATIO CAROLI VI. *artic.* X. Conf. Illustr. Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV. *cap.* VII. §. 10.

(yy) Exemplum habet Illustr. Dn. MOSERVS *cit. cap.* VII. §. 14.

est consensu, & quidem omnium: alias enim alienationem impugnare, feudumque reuocare possunt.

§. LIV.

Et quidem duplici ex capite reuocatio locum habet: vel ex iure protimiseos et retractus, vel ex capite successionis. Ius protimiseos (Näher-Kauff, Abtrieb,) est *legitima facultas, filiis et proximioribus agnatis competens, feudum, absque eorum consensu alienatum, intra annum & diem, restituto pretio, revocandi* (zz). Non solum autem ius protimiseos stricte dictum, quod *ante alienationem consummatam* exercetur, agnatis competit; sed & ius retractus proprie dictum, *quo feudum, iam perfecte alienatum, a tertio possessore retrahitur.* Annus autem, qui terminus est præfixus, a die cognitæ alienationis currere incipit. Vt itaque hoc euitetur incommodum, consultum est, agnatis prius feudum alienandum offerre, atque eorum consensum decenter desiderare in euentum. Nonnunquam etiam hoc diserte cautum est conuentionibus gentilitiis (a). *De iure protimiseos & retractus.*

§.LV.

(zz) *II. F.* 9. §. 1. *II. F.* 26. §. 13.
(a) Exempla habet ITTERVS *de feud. Imp.* *cap.* XXIII. §. 12.

§. LV.

De iure reuocandi ex cap. successf.

Altera reuocationis species est, quæ ex iure delatæ successionis compe-tit, atque intra 30. annos exerceri potest, nullo pretio possessori refuso (b). Neque dubium est mihi, quin et filius feudum, a patre alienatum, & hoc capite possit reuocare. Quamuis enim obiici queat, filium, successionem in feudum desiderantem, vulgarem simul patris hereditatem acquirere debere (c); atque adeo & factum ipsius præstare; moribus tamen Germanorum, nisi alicubi mutatio contigerit, & filium vulgarem repudiare hereditatem posse, supra iam cognouimus; quo facto vtique feudi reuocationem poterit exercere; modo tempore alienationis iam exstiterit: quod si enim post alienationem, vbi patri nil iuris in feudo superfuit, procreatus fuerit, nil quoque iuris cum natiuitate acquirere potest; adeoque nec de iniuria queri. (d)

§. LVI.

Quid si feudum alienabile?

Quæ hactenus de prohibita feudorum alienatione in medium produximus

(b) *II. F.* 26. §. 13.
(c) *II. F.* 51. §. 4.
(d) Vid. Dn. de LVDOLPH. *de iure primogen. part. spec.* §. 6. *num.* 5. *seqq.*

mus, limitationem admittunt: nisi feudum fuerit alienabile, *cuius libera alienandi facultas est penes vasallum*; atque adeo in hoc momento abit ab ordinaria feudorum natura. Quo pertinent *Lusatiæ* feuda, proxime a Principe accepta: priuilegium etenim ad mediatos non spectat vasallos (e). Præterea id ipsum eo modo est temperatum, vt alienationes mortis caussa excipiantur; deinde in Lusatia superiori requiritur, vt vasallus obæratus, tam vegetæ adhuc sit ætatis, vt, sine alius auxilio, lorica indutus, in conspectu Præsidis prouinciæ, (des Landvoigts,) expedite equum (ein Hengstmäßiges Pferd) conscendere queat, (daß er den Vorrit exerciren könne;) post hæc proximis agnatis, aut simultanee inuestitis, ius protimiseos competit; ac denique feuda non, nisi in atauitæ nobilitatis ciues possunt transferri; atque in Lusatia inferiori speciatim peregrini ab acquisitione eiusmodi feudorum exclu-

(e) Vid. STRYKII *dissertatio de feudis Lusatiæ.* It. Illustr. Dn. de LVDEWIG *differt de different iuris feud. commun. & Lusatiæ*, inprimis *pag* 9. It V. C. BASTINELLERI *diss. de priuilegio Ferdinandi ad mediatos vtriusque Lusatiæ vasallos non extendendo.*

cluduntur. (f) *Silesiæ* vasalli plerique libera alienandi feuda sua, et inter viuos, & mortis caussa, facultate gaudent; ita, vt & in peregrinum, feudi alioquin capacem, eadem transferre queant (g). *Stiriæ* quoque vasalli ex priuilegio FRIDERICI II. eadem gaudent libertate (h); nec non *Carinthiæ* vasalli (i). Inter vasallos Imperii *Archi-Dux Austriæ*, si liberis destituatur, pariter alienandi facultate pollet; quod priuilegium cum aliis confirmauit Imperator FERDINANDVS I. (k)

§. LVII.

De alienatione dominii directi.

Dominum autem dominium directum alienare posse, contendit STRYCKIVS (l); quum proprietatem a nemine recognoscat. Verum enim vero 1) de Principibus Imperii nostri aliter sentiendum: horum enim dominium directum in vasallos sæpissime iunctum est territorio, quod feudi titulo accipiunt ab Imperatore; qua de re testantur litteræ clientelares, quæ frequentius complectuntur

(f) V. C. BASTINELLERVS *cit. loc.* §. 4. LÜNIGIVS in *corp. iur. feud. German. tom.* II. *pag.* 689. *seqq.*

(g) LÜNIGIVS *cit. tom.* II. *pag.* 246. §. 120. *seq.*

(h) ID. *ib. pag.* 481. *seq. num.* 82.

(i) ID *ib. pag.* 492. *num.* 93.

(k) ID. *tom. I. corp. iur. feud. p* 725.

(l) In *exam. iur. feud. cap.* XIV. *qu.* 19.

ctuntur formulam: mit allen und ieglichen Mannschafften, geist- und weltlichen Lehenschafften. 2) Licet eiusmodi nexus deficiat; attendendum tamen est, vtrumne dominium directum summo Imperio ciuili ita sit coniunctum, vt vix ac ne vix quidem locum habeat separatio. Vti enim generatim partes Imperii non possunt alienari; ita speciatim idem de tali dominio directo est affirmandum; ex quo de Imperatore R. G. facile quis poterit iudicare. Huc accedit 3) iuris feudalis prohibitio, maxime, si dominium directum in inferioris clypei Dominum transferatur (m). 4) Denique doctrina hæc illustrari quoque potest exemplo IOANNIS GEORGII II. Electoris Saxoniæ, qui anno 1660. nobilitatem Schriftsassicam in præfecturis Weissenfelsensi ac Friburgensi, intuitu Dominii directi, cessarat Fratri AVGVSTO. Sed vasalli isti non solum denegabant subiectionem; verum & reliqui in comitiis prouincialibus anno 1661. ea de re conquerebantur, vt ambo paciscentes pactum tandem deserere cogerentur (n).

§. LVIII.

(m) *II. F.* 34. §. 2. *II. F.* 55. §. 2. *in fin.*

(n) SCHILTEVS *in comment. ad J. F. Al. cap.* 89. §. 4. *seq.* Alia exempla, de consensu vasallorum testantia, habet HERTIVS in *dissert.*

§. LVIII.

An Dominus possit dominio directo renunciare?

Id interea extra dubium est positum, Dominum posse dominio directo renunciare, vt plenum vasallus dominium consequatur. Sed inde cum STRYKIO(o) non est concludendum, prædium eo ipso vulgaribus oneribus subiectum reddi; quum prædia etiam allodialia quædam eiusmodi gaudeant immunitatibus; nec noua vasallis inuitis onera possint imponi.

§. LIX.

De consolidatione.

Porro ad effectum dominii directi pertinet, vt, feudo aperto, solidum Dominus acquirat Dominium (p). Hinc & rei vindicatio, ratione dominii directi, ei competit; quinimo & remedia possessoria potest vsurpare: possessio enim ciuilis, intuitu dominii directi, a Domino retenta censetur. Eadem dicenda sunt de effectu dominii intermedii, der After-Lehens Herrlichkeit.

§. LX.

De iure ad rem.

Gaudet præterea etiam Dominus iure ad rem, contra vasallum, ex obligatio-

sert. de superioritate territor. §. 66. *not. vlt. p.* 328.

(o) In *exam. iur. feud. cap.* XIX. *qu.* 21. Add. BORNII *diss. de transmutatione feudi in allodium.*

(p) *II. F.* 11. §. 1. *circa fin.*

gatione perſonali, qua tenetur Domino de dolo & culpa, ſiue de præſtationibus perſonalibus. Ex hac obligatione oritur *condictio feudi dati, cauſſa non ſequuta*, nempe fidelitatis, vel ſeruitiorum. Item *condictio ad accipiendam inueſtituram*, ſi Domini interſit, vel *ad præſtanda ſeruitia*. Denique et actio de felonia (q).

CAPVT. XIV.
DE IVRE VASALLI ATQVE OBLIGATIONE DOMINI.

§. I.

De iure circa perſonam. Vaſallo viciſſim ius eſt circa perſonam Domini, ex huius obligatione ad fidem & protectionem, vaſallo præſtandam, ex contractu feudali (a). Quare Dominus, qui vaſallum de feudo nobili inueſtiuit, tenetur quoque pati, vt iuribus nobilitatis realis, feudo inhærentibus, fruatur. Vaſallo quoque, ob denegatum ius protectionis, competit actio præiudicialis aduerſus Dominum.

§. II.

De iure ad honorem. Cognouimus ſupra, *feuda* etiam dicta

(q) SCHILTERVS in *Inſtit. iur. feud. cap.* VI. §. 10.

(a) *II. F.* 47.

dicta esse *honores*; vnde *vasalli* appellati sunt etiam *honorati.* Quare mirum non est, iis quoque ius ad honorem tribui. Feuda enim, a Regibus concessa, erant honoris insignia; quum honorificum sit, a Rege donari. Gradus quoque nobilitatis militaris, vel certus clypeus, cum feudo erat coniunctus, qui honoris titulum signumque secum ferebat (b). Neque igitur feudis duntaxat maioribus istud elogium est tributum (c); sed & minoribus nobilibus. Præter honoris vocabulum, in feudorum cocessionibus etiam *bonorantiæ* & *honorificentiæ* nomen occurrit (d). Per *bono-*

(b) Hinc AVCTOR VETVS *de beneficiis* §. 58: *Non est licitum, vt superior Dominus in inferiorem clypeum hominem cum suis faciat declinare beneficiis.*

(c) Vt existimat SCHILTERVS *in comment. ad J. F. Al. cap.* 42. §. 21.

(d) Sic AGNES, Silesiæ Dux, donat villam Callendorff, *cum honoribus honorantiis &c.* apud Illustr. Dn. de LVDEWIG in *reliqu. med. aui dipl. tom* VI. *p.* 521. In documento venditionis insula Creteusis, quam *Venetis* vendiderat BONIFACIVS, Marchio *Montisferati*, cum variis feudis, hæc leguntur: *ad omnes possessiones & HONORIFICENTIAS* manu tenendas & defendendas - - - - *qui ipsas, ex parte, vel ex toto, de supra dictis omnibus possessionibus & HONORI-*

honores itaque intelligi videntur beneficia, quibus a Domino directo vasallus fuit honoratus; per *honorantias* vero atque *honorificentias* beneficia, quibus ipse subuasallos, a feudo suo principali pendentes, honorauit, & iurisdictio feudalis, quam in alios exercet (e). Quare domini hic est, vt honores vasalli intemeratos ipsi relinquat protegatque.

§. III.

Ius vasalli circa rem feudalem itidem est vel *ius in re*, vel *ius ad rem*. Illud vocatur dominium vtile, aut vsusfructus feudalis; qui est *legitima facultas, percipiendi ex feudo omnes fructus, naturales & ciuiles, cum omni caussa, accessione atque vtilitate* (f); adeoque & thesauro inuento. Ipsius etiam est *possessio*; quam & in successores transmittit, secundum regulam iuris Germanici: der Todte *De dominio vtili.*

NORIFICENTIIS *molestare voluerint &c.* apud GVICHENONIVM in *bibliotheca Sebusiana, num.* 89. *pag.* 163. *seq.* apud HOFFMANNVM autem in *noua scriptorum ac monumentorum collectione tom. I. pag.* 163. *seq.*

(e) Hæc vna cum iis, quæ antecedunt, optime illustrantur in *parergis Göttingensibus tom. I. lib.* 1. *num.* 2. *pag.* 45 *seqq.* a G. S. T.

(f) I. F. 11. §. 5. Conf. LVDOVICI *diss. de effectibus, ex dominio vtili prouenientibus.*

Todte erbt den Lebenden; & Francici : *le mort saisit le vif* (g). Habet praeterea etiam *ius pignoris in feudo pignoratitio;* nec non legitimam facultatem, *actiones reales* instituendi, & *excipiendi* pro feudo (h); itemque *transigendi*, salua feudi substantia , & vt sine fraude agatur; etiam eo modo , vt feudum in alium transferatur (i); itemque & in contro-

(g) De qua regula TIRAQVELLVS integram *commentationem* reliquit. Conf. SCHILTERVS in *exercit. ad pand.* XV. §. 12. *seqq.*

(h) *II. F.* 26. §. 21.

(i) *II. F.* 26. §. 21. *II. F.* 43. STRYKIVS itaque in *exam. iur. feud. cap.* XIX. *qu.* 18. perperam existimat, vasallum posse tantum eo modo transigere, vt feudum per transactionem conseruetur; quem itaque recte refutauit LVDOVICI in *processu feudali cap. II. §. vlt.* Quando enim feudum, vel ob ius dubium, vel saltem ob dubium litis euentum, & quidem sine dolo, in alterum transfertur, nullum domino detrimentum adfertur; quippe cuius ius integrum manet, vtili tantum feudi dominio in alterum translato. Neque voluntaria hic est alienatio; quae tantum vetita est iure feudali. Nullum igitur est dubium , quin & Imperii vasallis eadem libertas tribuenda. Conf. ITTERVS *de feudis Imp. C.* 23. §. 6. *p.* 977. *seq.* Vbi & de transactione, intuitu Comitatus Koenigsteinensis, inter Electorem Moguntinum & Comites Stollbergenses inita quondam. Sed add. Illustr. Dn. MOSERVS *tom.* IV. *cit. p.* 163.

controuersia feudali *compromittendi* (k).

§. IV.

Ius, seruitutes feudo *acquirendi*, vasallo non potest non competere, vi dominii vtilis; minime vero libera facultas, easdem feudo *imponendi;* nisi in sui solius detrimentum; non Domini directi, aut successorum (l). *De iure seruitutum.*

§ V.

Porro ex eodem dominii vtilis fonte & ius subinfeudandi (m) deriuatur, quod vasallis vulgo tribuitur. (n) Est au- *De subinfeudatione.*

163. *seqq* Add. BARTHII *dissert. de libertate vasallorum, litigandi nec non transigendi de feudo.*

(k) *II. F.* 15. & 34. §. 1. Et vasallorum potestas ex *cit. textibus* facile cognosci potest; licet controuersia ipsum tangat feudum. Ac profecto frustra STRYKIVS *c.* 25. *qu* 11. arbitratur, textus loqui de causis ad ordinarium iudicem, non ad iudicium feudale spectantibus; quum contrarium ocularis doceat inspectio. Additur tamen *II. F.* 15. in fine limitatio: nisi lis iam pendeat in curia feudali. Conf. LVDOVICI in *proc. feudali cap.* II. § 31. *seqq.* Addatur ITTERVS *de feud. Imp. C.* XXV. §. 22. *seq. pag.* 1065. *seqq.*

(l) *II. F.* 8. *pr.* & §. 1. Conf. HORNIVS in *iurisprud. feud. cap.* X. §. 3. *seqq*

(m) De *origine* subfeudorum vid *supra cap. V.* §. 5. & 6.

(n) *II. F.* 26. §. 20. *II. F.* 34. §. 3. *J. F. Al. cap.*

autem subinfeudatio *concessio dominii vtilis subordinati, reservato dominio vtili principali.* Primarius enim vasallus in nexu cum Domino manet, atque subuasallo exercitium vtilis dominii sui tantum relinquit, idque per contractum feudalem. Sunt tamen non pauci, qui liberam subinfeudandi facultatem vasallis negarunt (o). Nuper etiam V. C. ESTOR (p), denuo hanc libertatem vasallis prouincialibus, non sine ratione negauit. Ostendit enim, olim milites minores nullos habere subuasallos potuisse; sed hanc facultatem habendi subuasallos Principibus tantum & Comitibus liberisque Imperii Dynastis competiisse. Quinimo nec *ius Longobardicum* illis liberam hac in re facultatem permisisse (q). Notanda enim esse verba: *Nisi fiat in fraudem nostrae consuetudinis;* item: *hoc licebat ei sine fraude facere*; quum haec verba id velint, ne liceat subfeudum con-

cap. 30. ibique SCHILTERVS in *comment.* Vocatur subfeudum etiam *retrofeudum* itemque *postfeudum*, ein Affter-Lehen; & *vasallus*, qui subfeudum accepit, *subuasallus*, ein Affter-Lehn-Mann.

(o) Quos adduxit TELGMANNVS in *tract. de vasallo*, *cap. VI. ad* §. 19. *in not. sub a*).

(p) In den kleinen Schrifften *part.* III. *obs.* XI.

(q) Prout ex *II. F.* III §. 1. it. *II. F.* IX. *pr.* recte intellectis & expositis, cognosci queat.

constituere, sine consensu atque auctoritate domini. Quod etiam in hunc vsque diem in curia Fuldensi ita obseruari, testatur SCHANNATIVS (r). In casu dubio itaque & alibi tutior est via, vt consensus Domini adhibeatur.

§. VI.

An statibus Imperii permissa? Quantum ad Status Imperii attinet, horum maior est libertas subinfeudandi, vt etiam *feuda regalia*, veluti comitatus & dynastias Imperii sub feudi titulo aliis concedere queant (s). Quinimo

(r) In *clientela Fuldensi benef. part. I. cap. 2.*

(s) Vid. ITTERVS *de feud. Imp. C.* XXII. *mox ab init.* Add. Illustr. Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV. §. 35. *seqq. p.* 169 *seqq* It. GRIEBNERVS *de subfeudorum Imperii, quae olim immediata fuerunt, praerogatiua.* De *feudis* equidem *regalibus* dubium mouit STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap.* XIX. *qu.* 26. quod tale feudum non, nisi ab Imperatore, conferatur. Verum enim vero hoc dici tantum potest de principali collatione, nec non dignitate regagali; quippe quam potestatem Principes Imperii nullatenus sibi possunt arrogare: Hic autem quaestio tantum est, de subordinato iurium regalium exercitio, quod in feudo regali tantum confertur. Putat quoque, *nec partem feudi regalis* posse subfeudi titulo concedi; quum diuisionem non admittat. Ast nulla hic diuisio, nisi imaginaria: Princeps enim subinfeudans integrum feudum regale principale sibi retinet, atque exercitium tantum

autem subinfeudatio *concessio dominii vtilis subordinati, reservato dominio vtili principali.* Primarius enim vasallus in nexu cum Domino manet, atque subuasallo exercitium vtilis dominii sui tantum relinquit, idque per contractum feudalem. Sunt tamen non pauci, qui liberam subinfeudandi facultatem vasallis negarunt (o). Nuper etiam V. C. ESTOR (p), denuo hanc libertatem vasallis prouincialibus, non sine ratione negauit. Ostendit enim, olim milites minores nullos habere subuasallos potuisse; sed hanc facultatem habendi subuasallos Principibus tantum & Comitibus liberisque Imperii Dynastis competiisse. Quinimo nec *ius Longobardicum* illis liberam hac in re facultatem permisisse (q). Notanda enim esse verba: *Nisi fiat in fraudem nostræ consuetudinis;* item: *hoc licebat ei sine fraude facere*; quum hæc verba id velint, ne liceat subfeudum con-

cap. 30. ibique SCHILTERVS in *comment.* Vocatur subfeudum etiam *retrofeudum* itemque *postfeudum*, ein Affter-Lehen; & *vasallus*, qui subfeudum accepit, *subuasallus*, ein Affter-Lehn-Mann.

(o) Quos adduxit TELGMANNVS in *tract. de vasallo*, *cap. VI. ad §.* 19. *in not. sub a*).

(p) In den kleinen Schrifften *part.* III. *obs.* XI.

(q) Prout ex *II. F.* III §. 1. it. *II. F.* IX. *pr.* recte intellectis & expositis, cognosci queat.

constituere, sine consensu atque auctoritate domini. Quod etiam in hunc vsque diem in curia Fuldensi ita obseruari, testatur SCHANNATIVS (r). In casu dubio itaque & alibi tutior est via, vt consensus Domini adhibeatur.

§. VI.

An statibus Imperii permissa?

Quantum ad Status Imperii attinet, horum maior est libertas subinfeudandi, vt etiam *feuda regalia*, veluti comitatus & dynastias Imperii sub feudi titulo aliis concedere queant (s). Quinimo

(r) In *clientela Fuldensi benef. part. I. cap. 2.*

(s) Vid. ITTERVS *de feud. Imp. C.* XXII. *mox ab init.* Add. Illustr. Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV. §. 35. *seqq. p.* 169 *seqq* It. GRIEBNERVS *de subfeudorum Imperii, quae olim immediata fuerunt, praerogatiua.* De *feudis* equidem *regalibus* dubium mouit STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap.* XIX. *qu.* 26. quod tale feudum non, nisi ab Imperatore, conferatur. Verum enim vero hoc dici tantum potest de principali collatione, nec non dignitate regagali; quippe quam potestatem Principes Imperii nullatenus sibi possunt arrogare. Hic autem quaestio tantum est, de subordinato iurium regalium exercitio, quod in feudo regali tantum confertur. Putat quoque, *nec partem feudi regalis* posse subfeudi titulo concedi; quum diuisionem non admittat. Ast nulla hic diuisio, nisi imaginaria: Princeps enim subinfeudans integrum feudum regale principale sibi retinet, atque exercitium tantum

imo possunt etiam feuda immediata aliis Imp. Statibus subfeudi nomine offerre. Quamnis controuersa adhuc sit quaestio, vtrum consensu Imperatoris ad eiusmodi oblationem sit opus; quem interea nonnulli desiderarunt (t).

§. VII.

De iure refutandi. Ius refutandi *simplex* vasallo competit, etiam sine consensu Domini (u). Est autem ius refutandi *legitima facultas resignandi dominii vtilis, & retradendi Domino directo, vel simpliciter, vel in fauorem tertii.* Priori casu, quum cedat in fauorem Domini, vt dominium directum cum vtili consolidetur; consensus non tam requiritur, quam praesumitur; quum nemo sua negligere com-

tum iurium regalium subuasallo relinquit. Quare & ITTERVS *cit.* ante *cap.* §. 5. & 6. recte contrarium defendit. Ceterum varia exempla *subfeudorum Imperii* exhibet Illustr. Dn. de LVDEWIG in *dissert. de primo foro subfeudorum Imperii.* Add. Illustr. Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV. *Cap.* X *pag.* 247. *seqq.*

(t) THOMASIVS. it. HERTIVS in *dissert. de feudis oblatis.* Sed conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *diss. de primo foro subfeudorum Imp. c.* 2. §. 1. & *seqq. in opuscul. misc. tom.* I. *p.* 651. & *seqq.* It. Illustr. Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV § 37. *seqq. pag.* 174. *seqq.*

(u) *II. F.* 14. & 38. *J. F. Al. cap.* 5. & 70. Ibique SCHILTERVS in *comment.*

commoda censeatur. Posteriori casu Domini consensus vtique desideratur. Quid? quod & priori casu cauendum, ne refutatio fiat intempestiue, vbi periculum Domino ab hoste imminet, ad quod repellendum debito vasalli seruitio indigeat. Multo minus eum in finem permissa resignatio feudi, vt hostilia vasallus eo securius in Dominum possit moliri; cui abusui obuiam sigillatim iuit CAROLVS IV. (x). qui pœnam amissionis beneficiorum in perpetuum, nec non infamiæ, itemque banni Imperialis in eiusmodi vasallos statuit.

§. VIII.

Quum itaque vasallis Longobardicis hæc indulta fuerit facultas, nullum est dubium, quin Imperii nostri vasallis competat (y). Quodsi autem *in fauorem tertii* resignatio fiat, opus erit Imperatoris consensu; nisi Elector Imperii per hanc resignationem aliquid acquirat; quippe qui singulari ea in re pri- *Speciatim vasallorum Imperii.*

(x) Singulari sanctione pœnali in AVREA BVLLA *cap* XIV. §. 3.

(y) Conf. ITTERVS *de feud. Imp. Cap.* XXII. §. 9. *seq.* vbi & exempla. Add. Illustr. Dn. MOSERVS cit. *tom.* IV. *cap.* VII. §. 50 *seqq. pag.* 186. *seqq.*

priuilegio gaudent (z). Olim, qui feuda resignabant, Imperii Principes vexilla, quibus inuestiti erant, reddebant (aa).

§. IX.

De alienatione atque oppignoratione.

Quamuis vero vtili dominio gaudeant in feudo vasalli; id ipsum tamen alienare, aut oppignorare prohibentur; prout supra iam pluribus est ostensum (bb).

§. X.

De dotalitii constitutione.

Ad iura vasallorum refertur etiam dotalitii constitutio, *qua vsusfructus feudi ad dies vitæ in futuram vasalli viduam transfertur.* SCHILTERVS (cc), vt hoc probet, ad Imperatoris FRIDERICI II. *constitutionem* prouocat. Verum hæc FRIDERICI II. constitutio nil ad Germanos; quum inter constitutiones Neapolitanas locum habeat, quæ in vsum Regni Neapolitani, cui & Rex præfuit FRIDERICVS, latæ sunt. *Iure* autem *feudali Germanico veteri* dotaliti-

(z) Per *A. B. cap.* X. §. 2. Quod & in lite de resignatione Culmbacensi, in fauorem domus Borussicæ facta, adductum, in Aula Imperiali, vt patet ex *deductione Regia.*

(aa) Prout ex OTTONE FRISINGENSI ostendit GVNDLINGIVS in *dissert. de feudis vexilli* §. 33.

(bb) *Cap. præced.* §. 49. *seqq.*

(cc) In *instit. iur. feud. cap.* VI. §. *vlt.*

litio. Sic v. g. se res habet hic in Ducatu *Magdeburgico* (dd); itemque in territorio *Fuldensi*, teste SCHANNATIO (ee). Ex opposito in *Saxonia* vasalli liberius dotalitium constituunt. Nec Principes similesque Imp. vasalli Imperatoris indigent hac in re consensu; verum si desideratur & impetratur, id ipsum fit minime ex regula iuris, sed tantum ex regula prudentiæ. Olim plerumque dotalitium, tum inter nobiles, tum inter status Imperii, iure inuestituræ a Domino fuit constitutum (ff).

§. XI.

De obligationibus Domini, speciatim Imperatoris. Quibus de iuribus vasallorum hactenus expositis, denique notandum, his eum in modum respondere generatim obligationem Domini, vt fidem protectionemque vasallis præstet, eorumque iura singularia sarta tectaque conseruet. Quantum vero ad Imperatorem attinet, huic speciatim per CAPITVLA-

(dd) Per ORDINAT. POLIT. *cap.* IIX. §. 38.

(ee) In *clientela Fuldensi beneficiaria part.* I. *cap.* II. §. V. *num.* I. *p.* 12.

(ff) De quo egregie docet MÜLLERVS im Staats-Cabinet, *parte* IV. *cap.* II. vom Leibgedings-Lehen. Addatur SCHILTERVS in *comment. ad ius feud. Alem. cap.* 64. Vid. etiam *ius feud. Sax. cap.* 31.

TVLATIONEM incumbit, 1) vt renouandæ inueſtituræ curam gerat (gg); 2) vt caueat, ne vaſalli Imperii releuio (denen Anfalls-Geldern,) onerentur (hh); nec 3) noua vti debet, aut in pluribus inueſtituris, vno actu perfectis, niſi vna taxa feudali (ii); aut 4) inueſtituræ cauſa, vaſallos extra Imperii fines vocare (kk); de quibus etiam ſupra, in doctrina de inueſtituris, iam egimus. Præterea 5) nec vaſallis Imperii, inueſtituram deſiderantibus, eandem ſine iuſta cauſſa denegare, aut reddere difficiliorem (ll); 6) Curam feudorum alienatorum tempeſtiue recuperandorum gerere tenetur (mm); nec non 7) inique mutata in priorem ſtatum reſtituere (nn); vt & denique 8) ab omni inſolita in ſtatuum ſubuaſallos poteſtate ſibi temperare (oo).

CAPVT

(gg) *Art. X.*
(hh) *Artic. XVII.*
(ii) *Ibid.*
(kk) *Artic. XVI.*
(ll) *Artic. XI.*
(mm) *Artic. X.*
(nn) *Artic. XX. circa fin.*
(oo) *Artic. XV.*

CAPVT. XV.

DE DEBITIS FEVDALIBVS.

§. I.

Præter obligationem inter Dominum & vaſallum reciprocam, regulariter nulla datur obligatio inter Dominum & tertium; nec inter agnatum ſucceſſorem & tertium, puta defuncti vaſalli creditorem (a). Sed totum æs alienum, quod defunctus reliquit, licet quædam in eo eſſent, quæ feudum ipſum concernant, ab heredibus erat ſoluendum; exceptis fructibus relictis, & qui pro perceptis habebantur. Atque adeo ipſum ius feudale diſtinctionem inter debita allodialia & feudalia ignorat; quippe quæ interpretatione Prudentum vſuque pedetentim eſt introducta, & Conſtitutionibus prouincialibus deinde confirmata (b). Scilicet in Regno Neapolitano, nec non Siciliæ introductum eſt, vt quædam debita feudalium loco cenſerentur. Quod quum ANDREAS de ISERNIA & MATTHAE-

Origo debitorum feudalium.

(a) *II. F. 45. pr.* Conf. *II. F. 28. §. 3. II. F. 86. pr.*

(b) CARPZOVIVS *part. II. conſtit.* XLVI. *defin.* 1 *ſeqq.*

THAEVS de AFFLICTIS ex iure communi defendere cœpissent; alii interpretes, illos sequuti, effecerunt, vt ista sententia & in Germania sit recepta (c). Est autem debitum feudale, *ad quod successor feudalis, vel etiam Dominus*, pro casuum diuersitate, *soluendum tenetur*.

§. II.

De successore feudali, simul herede.

Quodsi nouus feudi possessor simul heres defuncti exstiterit, veluti filius; nullum est dubium, quin ad debita vasalli defuncti soluenda teneatur (d). Quod & in *feudo mere hereditario* locum habet, intuitu cuiuscunque successoris, etiam extranei, pro feudi illius natura (e). Extenditur quoque ad feudum non hereditarium, si agnati ex pacto ita succedant, vt simul heredes esse debeant in allodio (f). Quæ de filio, Patri succedente, paulo ante dixi, limitanda sunt: nisi per simultaneam inuestituram sibi prospexerit, vt iure proprio nunc succedat. Hac enim impetrata a Domino, patre consentiente, repu-

(c) HORNIVS in *iurisprud. feud. Cap.* XXI. §. 4.
(d) *II. F.* 45. §. 2. Add. *Constit. El. Sax. part. II. Constit.* 47.
(e) *II. F.* 48.
(f) G. A. STRVVIVS in *synt. iur. feud. Cap.* XIV. *aphor.* 28. *num.* 2.

repudiata vulgari hereditate, in solum potest feudum succedere; atque adeo, a solutione debitorum paternorum se immunem præstare (g).

§. III.

Applicatio ad vasallos Imperii.

Quantum ad vasallos Imperii attinet, si filius Princeps patri in vulgarem hereditatem successor fuit, nullum est dubium, quin ad debita paterna soluenda teneatur. A quo tamen onere se potest reddere immunem, illa repudiata; quippe quæ libertas iuris Germanici veteris inter Principes Imperii nostri vsu est conseruata (h). Ceterum, si feudum Imperii forte fuerit mere hereditarium, ex natura huius feudi aliter esse nequit, quam vt successor ad debita decessoris soluenda teneatur (i).

§. IV.

De feudo legitime oppignorato.

Porro, si feudum, Domino & agnatis consentientibus, fuerit oppigno-

(g) HORNIVS in *iurisprud. feud. cap.* XII. §. 27. *pag.* 324. *init.*

(h) Illustr. Dn. de LVDEWIG in *diss. de obligatione successoris in Principatus & clientelas S. R. I.*

(i) ITTERVS *de feudis Imp. cap.* XIIX. §. 2. Vbi in §§. sequentibus RHETIVM & alios Iureconsultos refutare conatur, qui, & agnatos successores ad debita soluenda teneri, perperam arbitrantur.

gnoratum; creditores vtique, & in feudis prouincialibus & Imperialibus, debitum a nouo possessore exigere possunt; quum oppignoratio onus reale producat, quod rem ipsam afficit; adeoque in quemcunque possessorem transfertur, ita tamen vt locum habeat *exceptio excussionis heredum allodialium*, & nouus feudi possessor in subsidium duntaxat teneatur (k).

§. V.

De versione in rem feudalem.

Praeterea successor, aut Dominus tenetur, si probetur, debitum in rem & vtilitatem feudi versum fuisse: tunc enim non in subsidium; sed principaliter ex feudo est soluendum, vtroque iure, & communi & Saxonico (l); quum eo ipso feudi conditio melior sit reddita. Sic Aduocato actio negotiorum gestorum competit, qui caussas feudales vtiliter gessit (m). Idem dicendum de mutuo, quo feudum comparatum est, intuitu successoris, etiam vtroque iure (n). Si enim hoc mutuum esset denega-

(k) BERLICHIVS, *part. II. conclus.* 55. *num.* 36. Quod tamen IVRE SAX. ELECT. est mutatum, vt nouus feudi possessor absolute teneatur, per *Constit.* 46. *part. II.*

(l) Per *cit. constit. Elect.*

(m) CARPZOVIVS ad *constit. cit. defin.* 29. & 30.

(n) G. A. STRVVIVS in *synt. iur. feud. cap.* XIV. *aphor.* 7. & 8.

negatum, deceſſor non potuiſſet feudum acquirere, nec vaſallus ſuccedere; cuius itaque vtilitas omnino eſt promota. Nec aliter pronuntiandum, de reſiduo pretii; quia ſucceſſor rem ipſam habet, cuius pretium reſtat (o).

§. VI.

De dotalitio. Poſt hæc ad debita etiam feudalia refertur dotalitium, (Witthum, Leibgeding, Leibzucht,) de quo iam in proxime præcedentibus (p) non nulla in medium protuli; reliqua nunc illuſtraturus. Dictum iam eſt, quid ſit dotalitium, nec non de conſenſu Domini ad eius conſtitutionem, itemque de antiquo id ipſum conſtituendi modo. Dotalitium proprie dictum præponit dotem, vel vere illatam, vel ſaltem promiſſam. Alias potius eſt *vitalitium*, quod maritus conſtituit vxori, in caſum mortis ſuæ, ad dies vitæ ſine relatione ad dotem (q). Scilicet, antiquiſſimis Germaniæ moribus, maritus dotem conſtituebat vxori; non hæc marito. Poſteaquam autem, more Romanorum, & dos vxoria tandem recepta fuit; ad remunerandam & com-

(o) CARPZOVIVS *part. II. conſtit. 46. def. 27.*

(p) *Cap. præced.* XIV. §. 10.

(q) Vid. Illuſtr. Dn. de LVDEWIG in *diſſert. de dote mariti.*

compenſandam vxoris dotem introducta eſt anti-dos, ſeu dotalitium. Cuius tamen electio libera viduae eſt relicta.

§. VII.

Illatio dotis probanda.

Quoniam itaque dotalitium praeponit ex regula dotem, conſequitur, profecto illationem eius eſſe probandam. Si viduae negotium ſit cum liberis, confeſſio defuncti mariti ſufficit; ſin cum agnatis, vel Domino, vel etiam cum creditoribus in concurſu, melior probatio deſideratur; atque adeo vel documento alio, vel teſtibus haec eſt abſoluenda, vel, his probandi inſtrumentis deficientibus, iuramento (r). Praeterea praeponitur verſio dotis in feudi vtilitatem; quae tamen, probata illatione, praeſumitur, donec probetur contrarium (s).

§. VIII.

Quis conſtituat?

Quodſi dotalitium a marito intra legitimum modum iam fuerit conſtitutum, id ipſum viduae volenti eſt praeſtandum. Sin maritus nihil hac de re ordi-

(r) CARPZOV. *part. II. conſtit.* XLIV. *defin.* 10.

(s) HARTMANNVS PISTORIS *quaeſt. IV. num.* 16. *ſeqq.* Add. *reſponſum Fac. Witteb.* quod adiectum eſt HORNII *iurisprud. feud.* in *append. II. num.* 3. *pag.* 153. *ſeq.*

ordinauerit; ſucceſſor, vel Dominus ipſe, pro caſuum diuerſitate, idem conſtituere tenetur. Atque inter ignobiles etiam locum habet, teſte experientia.

§. IX.

Quantitas dotalitii partim a ſingulari conſuetudine, partim a peculiaribus locorum ſtatutis, partim a paciſcentium arbitrio pendet. Sin modum excedat, arbitrio iudicis eadem ad æquitatem eſt reducenda. Plerumque obtinet, vt, dotalitii nomine, reditus dotis quadruplicati præſtentur; & quidem duplicatæ ipſius dotis, ac donationis propter nuptias æquales vſuræ (t). Cautelæ inſtar Nobilibus paſſim conſuli ſolet, qui diuites ducunt vxores, vt exiguam ſibi dotem conſtituendam curent, reliquis opibus ad paraphernalia relatis, ne prouerbium ipſos tangat: Reiche Weiber arme Kinder. *Eius quantitas.*

§. X.

Quum itaque non ſolum in remunerationem; ſed & incompenſationem dotis, dotalitium conſtituatur; conſequitur ſane, id ipſum dotem abſorbere, *An abſorbeat dotem?*

(t) HARTMANNVS PISTORIS *cit. quæſt. IV. num.* 1. Addatur STRYKIVS *de ſucceſſ. ab inteſt. diſſ. IV. cap. II.* §. 14. & 15.

re, vt a morte viduae huius repetitio locum non habeat (u): inprimis, si dotalitium vsuras dotis complexum fuerit quadruplicatas. Vnde patet, aliquid aleae hic subesse, prout vidua vel breuiori, vel longiori vitae vsura fruitur. Nec successores feudales tali in casu obligati sunt ad dotem restituendam; licet proxime defunctus maritus cum coniuge de restitutione speciatim pactus fuerit; quoniam hoc ipsius pactum obligat quidem vulgares heredes; minime autem successores feudales, qua tales. Quod si autem tantum duplicatae dotis vsurae, dotalitii loco, fuerint ordinatae; ordinarie dos non absorbetur; sed defunctae viduae heredibus est restituenda, etiam deficiente singulari conuentione. Iure Saxonico autem singulari conuentione opus est, ob regulam: Leib-Gut schwindet Haupt-Gut (x).

§. XI.

(u) HARTMANNVS PISTORIS *cit. quaest. IV. num. 21. seqq.*

(x) Interea de antiquitate huius paroemiae nihil certi constat; atque Illustr. Dn. de LVDEWIO in *dissert. de dote mariti p. 38. seq.* ostendit, dogma hoc post annum demum 1550. in Saxonia fuisse enatum, praesidiumque nouae opinionis positum in vsurarum nimietate & redituum vitalitiorum (der Leib-Renten) similitudine.

§. XI.

Verum quamuis vſufructuarius alias iure Iuſtinianeo cauere teneatur; ac non pauci Interpretes idem etiam de vidua, intuitu dotalitii, adfirment; melior tamen eſt eorum ſententia, qui viduam ab hac cautione immunem pronuntiant; ex ea ratione, quod hic vſusfructus ſit iuris Germanici, ac dominii vtilis ſpecies; nullus autem dominus iſtam præſtet cautionem (y).

An vidua cautionem præſtare teneatur?

§. XII.

Quodſi, dotalitio viduæ nondum conſtituto, ſucceſſores feudales ab hoc onere ſe liberare velint, ſunt, qui putant, eos dotem non ſolum; ſed & quantum dotis, loco donationis propter nuptias, viduæ reddere debere (z). Sed hæc minime regulam poſſunt conſtituere vniuerſalem. CARPZOVIVS enim cum STRVVIO de praxi Saxonica eſt intelligendus. Alibi vero ſingulares conſtitutiones, vel conſuetudines ſunt conſulendæ. Quibus deficientibus, præter dotem, in feudum illatam, nihil eſt reſtituendum: iure enim communi donatio

Qua ratione ſucceſſores a dotalitio ſe liberare queant?

(y) Vid. DEINLEINII *differt. de vidua vaſalli, ab xſufructuaria cautione immuni.*

(z) CARPZOVIVS *part. II. conſtit.* XLIV. *defnit.* 7. G. A. STRVVIVS in *ſynt. iur. feud. Cap.* XIV. *aphor.* XV. *num.* 5.

tio propter nuptias tantum in ſecuritatem dotis eſt conſtituta.

§. XIII.

Quomodo finiatur dotalitium? Vidua autem dotalitium remiſiſſe non cenſetur; licet in feudi oppignorationem conſenſerit: quemadmodum enim dominium vtile feudale ſucceſſorum feudalium non impedit vſumfructum viduæ; ita etiam conſiſtere poteſt vna cum iure pignoris, quod creditori competit in feudo. Niſi forte feudum oppignoratum creditori etiam ſit traditum, cum iure antichretico, atque vxor conſentiens declarauerit legitimo modo, ſe poſt mortem mariti dotalitio ſuo vti prius nolle, quam creditori omnino fuerit ſatisfactum: tunc enim iuri ſuo perſpicue renunciauit. Retinet etiam vidua vſumfructum in dotalitio; licet iterum nupſerit; niſi aliter fuerit conuentum. Finitur vero dotalitium morte viduæ; itemque ſi eidem diſerte renunciauerit; nec non ob adulterium & dotem & dotalitium amittit; niſi maritus illud condonauerit; vel viuus de eo non fuerit conqueſtus.

§. XIV.

De dotalitio in feudis Imperii. Feudorum quoque Imperii onus ordinarium eſſe dotalitium, vix cuiquam poteſt

poteſt eſſe, obſcurum (aa); quod ab antiquis iam temporibus inualuit; ita quidem, vt integra ſæpe territoria, dotalitii nomine fuerint conceſſa. Hodie vero dotalitia Illuſtrium vel pactis familiarum, vel etiam pactis dotalibus, itemque teſtamentis maritalibus, ſecundum tamen modum legitimum; vel, ſi, viuis maritis, nondum fuerint conſtituta, ab agnatis ſucceſſoribus definiantur (bb). Adſignari autem ſolet vel certa præfectura, ein Witthums-Amt, cum iurisdictione inferiori ac ſuperiori; vel, præter ſedem dignitati concinnam, certi tantum reditus annui & comeſtibilia præſtantur, prout pacta ferunt. Requiritur etiam ex regula, vt dos vere fuerit illata, atque in feudi vtilitatem verſa. Interea licet fœmina Princeps, ob egeſtatem forte, nullam marito dotem adferre potuerit; ex ratione tamen decori vidualitium (ein Witthum, ſtandesmäßiger Unterhalt,) ipſi conſtituitur (cc). Cautio quoque vſufructuaria hic inprimis ſolet remitti.

§. XV.

(aa) ITTERVS *de feudis Imp. cap.* XIIX. §. 11.

(bb) LVDOLPHVS *de iuribus fœminarum Illuſtrium Sect. II. membr. II §. V. num.* 30. *ſeqq. pag. m.* 169. *ſeq.* MYLERVS ab EHRENBACH in *gamologia perſon. Illuſtr. cap.* X.

(cc) LVDOLPHVS *cit. loc. num.* 3.

§. XV.

Quid de feudis Imperii ecclesiasticis?

De feudis autem Imperii, dignitate ecclesiastica conspicuis, regula vulgo inculcatur: Das Stifft leidet kein Leibgeding. Intuitu Catholicorum quæstio est otiosa; quum horum Præsules ecclesiastici vxoribus debeant carere. Secus autem res se habet cum Episcopis Imperii Protestantium. Sed &, intuitu horum, obtinet regula, ante exposita. Qod si vero, cum consensu capituli, præuia caussæ cognitione, constitutum; vtique locum habebit.

§. XVI.

An finiatur per secundas nuptias?

In viduis statuum Imperii ordinarie, etiam singulari conuentione deficiente, tollitur dotalitium per nuptias secundas; ita tamen, vt dos tunc sit restituenda (dd). Atque hoc & primæ maiorum nostrorum menti magis videtur concinnum (ee). Interea iudicantibus ad singulares vtique conuentiones est attendendum.

§.XVII.

(dd) MYLERVS ab EHRENBACH in *gamol. perf. Illustr. cap. XIV.* §. 8.

(ee) Prout pluribus ostendit V. C. ESTOR in *dissert. an dotalitium cesset propter secundas nuptias.* Add. FABRI Staats-Cantzley *part. LXXIII. cap. XIV. it. part. LXXIV. cap. X.*

§. XVII.

Praeter haec ad onera feudi ordinaria pertinent etiam alimenta, illis, qui a successione excluduntur, in subsidium debita; nec non sumtus educationis filiarum dotisque constitutio *(ff)*; si allodium ad ea non sufficiat. In *Pomerania* autem dotem sine discrimine ex feudo deberi, MEVIVS (gg) docet. Sed *Marchiam* hac in re sibi ipsi non constare, RHETIVS (hh) ostendit. In *Ducatu Magdeburgico* subsidiaria duntaxat est ex feudis dotatio (ii). In *Saxonia Electorali* distinguendum: aut etenim dos congrua iam constituta, & debitum eo nomine a patre, vel fratre dotatae contractum, etiam sine consensu Domini atque agnatorum; & tunc debitum ex feudo solo, minime ex allodio soluendum (kk); aut dos adhuc est constituenda; & tunc dotatio onus tantum est subsidiarium (ll). *De alimentis & dote.*

§.XVIII.

(ff) RHETIVS in *comment. ad ius feud. commune, I. F.* 1. *pag.* 104. *col. b. num.* 1. *seqq.*
(gg) *Part. II. decis.* 119. *It. part. III. dec.* 367. *num.* 3.
(hh) *cit. loc. pag.* 316.
(ii) Quod pluribus exponit ORDINATIO POLITICA *Cap. IIX.* §. 36.
(kk) CARPZOVIVS *part. II. constit. XLVI. def.* 13.
(ll) Neue Gerichts-Ordnung. *tit. XLV.* §.

es

§. XVIII.

De dote ex feudis Imp. præstanda. In feudis Imperii idem obtinet. Et olim quidem integra sæpe territoria in dotem data, vel certum præstitum maritagium, quod vocabant, eine Aussteuer. Hodie filiabus Illustrium, præter mundum muliebrem, dignitati concinnum, certa pecuniæ summa solet adsignari, vel ex Principis Camera, vel prout passim consuetudo fert, ab Ordinibus prouincialibus, die Princeßin-Steuer. Renunciare tamen filiæ dotatæ plerumque debent hereditati paternæ non solum, sed & maternæ (mm).

§. XIX.

De appanagio & paragio. Vbi ius primogenituræ est receptum, ceteris constituitur apanagium, quod *est extraordinaria prouisio, quam primogenitus, eiusque successor, vel parata pecunia soluta, vel reditibus terrarum percipiendis, vltragenitis eiusque heredibus præstat.* Hoc deinde in *proprium*, vel *improprium* distinguere solent; quod alii paragium appellare non sine ratione malunt, Erbtheilungen; vnde abgetheilte Herren

es trägt sich auch offt zu. CARPZOVIVS *cit. loc. def.* 16.

(mm) Vid. B. G. STRVVIVS in *syntagm. iur. publ. cap.* XXVII. §. 22.

Herren (nn). Ac profecto paragium differt omnino ab appanagio: appanagiatus enim in territoria Imp. plane non ſuccedit; *paragiatus* autem proprie is dicitur, qui pari ſucceſſionis iure minorem aliquam territorii portionem acquirit, ac primogenitus potiorem ſuam portionem; ita tamen, vt ſoli primogenito ſuperioritas territorialis ſit propria; licet paragiatus variis ceteroquin iuribus regalibus in minori ſua portione gaudeat. Vbi enim minores natu in ſuis portionibus ſinguli etiam ſuperioritate territoriali gaudent, inæqualis tantum diuiſiò adeſt; nullum vero neque apanagium, neque paragium.

§. XX.

De legitima, ex feudo præstanda.

Quando fœminæ a ſucceſſione feudi excluduntur, nec legitimam ex eo poſſunt deſiderare. Hæc enim eſt portio portionis

(nn) Doctrinam, de paragio poſt NICOLAVM BETSIVM, IO. SCHILTERVS in *diſſert. de paragio & appanagio*, inculcauit Huic oppoſuit HERTIVS *diſſert de commentitia appanagii & paragii diſtinctione*. Cui reſpondit EPHRAIM GERARDVS, qui, ſub præſidio THOMASII publice defendit vindicias diſtinctionis inter paragia & appanagia. Add. IOACHIMI MEIERI *corpus iuris appanagii & paragii*. It. Illuſtr. Dn. de LVDEWIG *comment. ad A. B. Cap. VII. §. 2. p. 690. ſeqq.*

tionis, ab inteſtato debitæ. Quum vero hæc portio e vulgari hereditate debeatur; conſequitur ſane, eam non ex feudo poſſe deſiderari. Quodſi tamen pater feudum ipſe vulgari redemerit allodio; vel id ipſum fuerit mere hereditarium, & pater nihilominus in fauorem filiorum diſpoſuerit; filiabus vtique debetur legitima, vel ſaltem eius, quod deeſt, ſupplementum (oo). Accepta autem legitima, nec dotis, nec alimentorum petitio locum habebit (pp).

§. XXI.

De impenſis funeris. De impenſis, in funus defuncti vaſalli factis, reſtituendis, non conſentiunt Interpretes. Succeſſorem in ſubſidium teneri, atque ex pietate, contendunt nonnulli (qq).

§. XXII.

De hypotheca tacita. Quousque moribus debitum aliquod pro onere feudali reputatur, eatenus & hypothecam tacitam creditori competere, vulgo habetur pro explorato (rr). Notandum vero hic initio, ius feudale vetus Germanicum, tum Saxoni-

(oo) HORNIVS in *iurisprud. feud. cap. XV. §. 10.*
(pp) BETSIVS *de pactis fam. Illuſtr. cap. IX.*
(qq) MEVIVS *part. II. deciſ.* 124. It G. A. STRVVIVS in *ſyntagm. iur feud. cap.* XIV. *aph.* 20.
(rr) STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap. XXI. quæſt.* 21. *in fin.*

Saxonicum, tum Alemannicum, item librum veterem de beneficiis, nec non ius feudale Longobardicum ignorare omnino debita feudalia, atque adeo nec tacitam hypothecam inde repeti posse, intuitu eiusmodi debitorum. Quamuis vero postea interpretes iuris feudalis quædam effinxerint debita feudalia; hi tamen tacitam simul hypothecam creditoribus constituere non potuere; ob defectum potestatis legislatoriæ. Ac licet porro prouinciales passim prostent constitutiones, quæ debita feudalia enumerant; inde tamen non sequitur statim, eiusmodi constitutiones tacitam quoque indulsisse hypothecam; quum eiusmodi iuris dispositio obligationem tantum personalem successori feudali imponat; nisi eiusmodi creditoribus hypotheca quoque constituatur (ss). Denique hic etiam obseruandum, sæpe Dd. iuris feudalis hic confundere ius retentionis cum tacita hypotheca; quæ tamen sunt distinctissima Quoties enim, intuitu feudi,

(ss) Quod factum in CONSTIT. ELECTORALI SAXONICA. It. in der Königl. Preuss. *Hypothecken* und *Concurs*-Ordnung *de* 1723. §. 186. *p.* 121, vbi, intuitu omnium debitorum, per se fendalium, tacita hypotheca creditoribus est indulta.

di, alicui competit nomen actiuum, atque is in possessione feudi est constitutus, debitumque ipsius est liquidum; toties vti potest iure retentionis; minime autem vrgere ius hypothecae tacitae, deficiente singulari legis dispositione, si extra possessionem sit constitutus.

CAPVT XVI.
DE MODIS FINIENDI FEVDI.

§. I.

Partitio. Feudum legitime acquisitum, iure recentiori (a), tamdiu retinetur, donec caussa exstiterit, ob quam amittatur, vel finiatur. Finitur vero vel amittitur feudum tum ex caussis communibus, tum ex caussis propriis. Sunt autem *causae communes*, ob quas & alia iura similia, veluti emphyteusis, vel vsusfructus, amittuntur; *propriae* autem sunt singulares rationes, ob quas vasallus feudum amittit.

§. II.

De consolidatione. Ad priorem classem pertinet consolidatio, quae est vtriusque dominii feu-

(a) Initio enim Dominos feuda pro arbitrio vasallis potuisse auferre, id quidem supra iam cognouimus, *Cap. X. §. 1.*

feudalis coniunctio (b); quæ contingit, si vasallus decesserit, nullo relicto successore feudali; vel, si dominus dominio se directo omnino abdicauerit, durch die Lehns-Vererbung, vel etiam præscriptione (*).

§. III.

De præscriptione. Per præscriptionem etiam consolidatio oritur 1) si Dominus, lineam primi acquirentis exstinctam ratus, feudum, tanquam sibi apertum, bona fide occupauerit, ac 30 annorum spatio quiete possederit. Quæ tamen præscriptio

(b) Interdum vero consolidatio feudalis impeditur. Cuius rei exemplum præbuit Rex Galliæ, LVDOVICVS XIV, qui singulari constitutione de feudis, quæ immediata inferioris Alsatiæ nobilitas possidet, nec tamen ab ipso Rege recognoscunt, d. d. 16. Maii 1681. disposuit, ne, casu aperturæ existente, a Domino directo sibi posterisque retineantur; sed potius aliis Regis subditis conferantur. KVLPISIVS in *diss. de consolidatione* §. 39. It. BVRGEMEISTERVS in *thesauro iur. equestr. P. I. pag.* 89. *seq.* Sic etiam Episcopus Monasteriensis statuto impeditur, quo minus feuda vacantia sibi retinere queat; quippe quæ pariter, in conseruationem nobilitatis, aliis sunt rursus conferenda. Verba statuti exhibet Illustr. Dn. BÖHMERVS in *iur. eccles. Protest. lib. III. tit. XX.* §. 33.

(*) Qua de re actum iam est *cap. XIII.* §. 58.

ptio negligentis vafalli agnatis non nocet, nifi & ipfi ab eo tempore, quo ordo fuccedendi præfens eos tetigerit, per nouum fpatium tricennarium ius fuum pariter neglexerint. 2) Si vafallus, feudum effe allodium, bona fide arbitratus, id ipfum per 30 annos, Domino non contradicente, poffederit. Alii vero hoc cafu *quadraginta* annos, alii *centum* requirunt (c). Atque hi eo iuris fundamento niti videntur, quod legibus hic ordinaria faltem præfcriptio excludatur; atque adeo ad extraordinariam fit confugiendum; & quidem vel ad proxime fequentem, quadragenariam, quæ & in rebus fisci locum habeat; vel ad immemorialem, quæ vulgo cum centenaria vna habeatur eademque (d). Qui vero, nullam vafallo, in detrimentum dominii directi, præfcriptionem prodeffe, arbitrantur, præponunt, eiusmodi vafallum femper effe in *mala fide*, atque adeo præfcriptionis auxilio indignum. Prouocant etiam ad iuris feudalis capita (e), vbi difertis verbis ftatuatur, nullius temporis præfcriptio-

(c) Quos adduxit SCHILTERVS in *inftit. iur. feud. cap. V.* §. 14.

(d) Conf. ZOLLII *diff. de præfcriptione feudali contra Dominum directum & vtilem.*

(e) *II. F.* 40. §. 1. *II. F.* 55. *pr.*

tionem tali in caſu obſtare. Verum hæc capita *de malitioſa feudi alienatione* agunt, quæ, in detrimentum dominii directi, ſuſcepta eſt, eamque adeo nullam pronunciant, vt nullius temporis præſcriptio obſtare Domino queat, directum ſuum Dominium & debita ſeruitia vrgenti. Ex vltimo inprimis capite apparet, intelligi eiusmodi ſpeciem, vbi vaſallus rem feudalem *malitioſe*, *in detrimentum dominii directi*, alienauit *tanquam allodium*: tunc enim nequidem bonæ fidei poſſeſſor præſcriptione vllius temporis ſe defendere poteſt aduerſus Dominum directum, iura dominii directi vrgentem; ſed, vt verba ibi habent, emtori bonæ fidei ex emto tantum actio de pretio contra venditorem competit (f)

§. IV.

De rei interitu. Porro ad cauſſas communes referendus eſt rei interitus. Notandæ autem hic quædam inter vſumfructum & feudum differentiæ: ille, ædibus collapſis, in area non conſeruatur; de iure vero feudi ſecus eſt pronuntiandum; quoniam hoc, tanquam vtilis dominii ſpe-

(f) Conf. TITII Teutſches Lehn-Recht. *cap.* XII. §. 19. & 32.

ſpecies, ipſam quoque aream ſolumque afficit (g).

§. V

De inſigni deteriorati-one. Præterea huc pertinet, ſi vaſallus, dolo, vel culpa lata, rem feudalem inſigniter deteriorauerit. Si partem tantum reddiderit deteriorem, & hanc duntaxat amittit. Interea res ad Dominum deuoluitur; ſed, delata agnatis ſucceſſione, his reſtituenda (h).

§. VI.

De temporis lapſu. Denique interdum, præter ordinariam feudi naturam, ob ſingularem conuentionem, certo temporis lapſu feudum finitur (i).

§. VII.

De ſuſceptione clericatus. Inter cauſſas proprias prima eſt ſuſceptio clericatus (k); quo caſu feudum ad filios, vel agnatos deuoluitur (l).

§. VIII.

De felonia. Altera eſt felonia, *fidei* nempe *feudalis violatio*. Quæ vel in ipſum committitur Dominum, vel in alios. Feloniæ vocabulum a Germanico: fehlen, errare,

(g) G. A. STRVVIVS in *ſynt. iur. feud. cap.* XV. *aphor.* 4.

(h) IDEM *cit. loc. aphor.* 5.

(i) *I. F.* 2. *pr.* *II. F.* 105.

(k) *II. F.* 21. *II. F.* 26. §. 5. *II. F.* 30 §. 2. *in fin.*

(l) *Argum. II. F.* 37. *pr.*

re, delinquere (m). Quamuis vero omnes feloniæ ſpecies exacte enumerare haud liceat (n); certæ tamen in iure feudali recenſentur cauſſæ, ſecundum quas iudex prudens in aliis caſibus iudicium poterit inſtituere (o). Omnium optime de caſibus feloniæ iudicari poteſt ex eiusdem definitione: cuicunque enim cauſſæ adductæ competit definitio, ei etiam competere debet definitum, quôd nempe ſit felonia; quæ regula & negatiue valet. Quotiescunque itaque vaſallus in fidelitatem feudalem peccauit, ſiue dolo, ſiue culpa; toties caſus adeſt feloniæ; alias minime. Vnde facile eſt intellectu, miſerrimam eſſe doctrinam, qua cauſſæ exheredationis, & reuocandæ donationis, itemque iuſtæ repudii cauſſæ huc perperam trahuntur, vt vulgo fieri ſolet. Neque peruerſæ huic doctrinæ auxilium ferri poteſt ex iure Longobardico (p). Senſus enim ibidem hic eſt: non iniquum eſſe, vt feudum ob feloniam auferatur; quum & exempla oſtendant, & allodia nonnunquam iuſta

(m) Plura habet G. A. STRVVIVS in *ſynt. iur. feud. cap. XV. aphor. 8. num. 1.*

(n) *II. F. 23. pr.*

(o) *II. F. 24. §. 9.*

(p) *II. F. 24. §. 2. verſu: prædictis modis &c.*

iusta de caussa auferri, nempe in exhæredatione & reuocatione donationis; quinimo & naturali ratione hoc niti, vt ob violationem fidei, pacto firmatæ, ipsum pactum nexusque inde ortus dissoluatur; prout id ipsum pateat exemplo repudii. Absurdum autem foret, filium, aut donatarium, in patrem vel donatorem ingratum, propterea amittere feudum debere; aut etiam maritum adulterum.

§. IX.

Applicatio ad status Imperii.

Ceterum de statibus Imperii nostri simul notamus, ad eos sanctiones iuris feudalis Longobardici de felonia non omnino posse applicari: hi enim minime ob quascunque caussas ibidem recensitas; sed 1) ob denegatum Electoribus conductum (q); quamuis nullum eius rei exemplum occurrat; 2) si quis *Imperiales*, quas A. B. complectatur, *constitutiones & leges adimplere noluerit, aut eis contraire præsumserit* (r); 3) ob crimen fractæ pacis publicæ (s); denique 4) quamcunque aliam ob causam, quæ hostilem in Imperatorem atque Impe-

(q) *A. B. tit. I. §. 2.* Add. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *comment. pag.* 89. *seq.*

(r) *A. B. cit. tit. §. 8.* Add. IDEM *ibid. pag.* 129. *seqq.*

(s) PAX PVBL. *de A.* 1548. *tit. III. §.* 1.

perium prodit animum, feudis Imperii poſſunt priuari; & quidem antecedente ordinum Imperii conſenſu comitiali (t).

§. X.

Felonia, qua in ipſum Dominum peccat vaſallus, duplici modo committi poteſt; vel *immediate* in ipſam Domini perſonam; vel *mediate*, peccando nempe in eius vxorem, filiam aut ſororem. Prius contingit, ſi *vitæ*, *corporis incolumitati*, *bonis*, vel *honori* Domini noceatur: veluti, ſi vaſallus requiſitus ſeruitia denegauerit; aut Dominum, in prœlio, alioue vitæ aut corporis periculo verſantem deſeruerit (u); aut periculum, quod imminet, non auerterit; vel Dominum, vt ſibi caueret, non monuerit (x); ſi in magno periculo ad opem ferendam vltro non occurrerit (y); itemque, ſi captum, aut carceri incluſum, quum potuerit, non liberauerit (z); nec non Dominum *aſſaliendo*, ſeu iniuſte adoriendo (aa); aut ipſi armis, vene-

Felonia in Dominum quotupliciter committatur.

(t) Per CAP. CAROLI VI. *art.* 20. Conf. SPENERI *examen doctrinæ de felonia, ad ſtatus Imperii communiter applicatæ.*

(u) *II. F.* 24. §. 2. *II F.* 55. §. 1.

(x) *II. F.* 7. *pr.* verſu: *& ſi impedimentum. II. F.* 24. §. 3.

(y) *II. F.* 26. §. 16.

(z) *II. F.* 24. §. 8.

(aa) *I. F.* 5. *pr.* verſu: *ſimiliter.*

veneno, alioue modo vim inferendo, insidiasque struendo (bb); praeterea, si cum inimicis Domini, in ipsius perniciem, foedus atque amicitiam contraxerit (cc); vt & criminis Dominum accusando, vel, in caussa maxime criminali, testimonium contra ipsum sponte dicendo (dd); credentiam, seu arcana Domini, in eius detrimentum, reuelando (ee); verbis Dominum atrocius iniuriando (ff); rem esse feudalem, dolose negando (gg); si debito tempore inuestituram non renouauerit (hh); quamuis hodie, ob neglectam inuestiturae renouationem', vix quisquam feudo soleat priuari; sed mulcta potius affligi; nisi dolus concurrat (ii); si iuramentum fidelitatis, legitime citatus, prae-

(bb) *II. F. 6. II. F. 24. §. 5.*
(cc) *II. F. 57.*
(dd) *II. F. 24. §. 8.*
(ee) *I. F. 17. II. F. 5. 6. & 7.*
(ff) *II. F. 6. & 7.* It. 24. §. 5.
(gg) *II F. 26.* § 3.
(hh) *II. F. 24. pr.*
(ii) B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap.* XV. §. 1. *p.* 503. Add. VOCKELII *diss. de omissione inuestiturae feudalis, non dolose facta, hodie, & praecipue in Saxonia, ad amissionem feudi non sufficiente.* It. Illustris Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV. *cap.* IIX. §. 17. *p.* 209. *seqq.*

præſtare contumaciter recuſet (kk); ſi lis ſit inter Dominum & vaſallum de feudo, & hic, licet ter legitime vocatus ad curiam, in contumacia perſeueret (ll); ſi feudum, neglecto Domini cônſenſu alienauerit (mm); parte vero duntaxat illegitime alienata, & iſta tantum pars amittitur (nn); ſi filius vaſalli Dominum offenderit, & pater, a Domino requiſitus, filium, vt ſatis Domino faceret, ad eum non deduxerit, vel a ſe filium ſeparauerit (oo); ſi ſubvaſallus in Dominum ſuperiorem deliquerit (pp).

§. XI.

Poſteriori modo peccatur, ſi vaſallus Dominum *cucurbitauerit* (qq) h. e. vxorem, vel ſponſam eius vitiauerit, aut vitiare conatus fuerit, aut eam ad concubitum per litteras, alioue modo, ſollicitauerit, aut cum ea turpiter luſerit, eam libidinoſe oſculando atque amplectendo; vel ſi filiam, aut neptem ex filio, *Poſterior modus.*

(kk) *II. F.* 24. §. 1.
(ll) *II. F.* 22. *pr.*
(mm) *II. F.* 52. & 55.
(nn) *II. F.* 38.
(oo) *II. F.* 55. §. 3.
(pp) *II. F.* 55. §. 4.
(qq) Longobardis vocabulum *corbita* pro ſtupro atque infamia vſurpatum; vnde *cucurbitam* dixere vxorem, adulterio infamem.

lio, & ſororem Domini, in domo eius commorantem, inque capillis adhuc exiſtentem, vitiauerit (rr); quod & ad matrem Domini applicant interpretes.

§. XII.

De aliis delictis.

Dantur & aliæ delictorum ſpecies, quibus feudo ſe reddit indignum vaſallus; quo pertinet 1) parricidium, eo animo perpetratum, vt feudum haberet (ss); 2) proditione conuaſalli (tt); cuius ratio in ipſo textu occurrit; quia nempe effecit, *vt in curia amplius ſtare non poſſit;* 3) denique ſi crimen perduellionis perpetrauerit; quippe cuius omnia bona publicantur; atque adeo & feuda (uu); in quem caſum promiſit Imperator, ſe bona in territoriis ſtatuum ſita, vel ab eorum dominio directo penden-

(rr) *I. F.* 5. *pr.* & 21. §. 1. *II. F.* 24. §. 4. ſingulare eſt, quod de Anglis adnotauit CRAGIVS in *iur. feud lib. II. tit.* XIV. §. *vlt. circa fin. p* 445. fœminam, quæ corpus ſuum polluerit, ſucceſſionem in feudum militare amittere, partemque ipſius accreſcere ſororibus, quæ illibatam ſeruarint pudicitiam; ſin omnes corpus polluerint, omnium partes Domino accreſcere; hoc tamen de non elocatis, minime de viduis eſſe intelligendum.

(ss) *II. F.* 37. *pr.*

(tt) *Ibid.* verb. *tradendo hominem.*

(uu) Conf. *A. B. tit.* XXIV. ibique Illuſtr. Da. de LVDEWIG in *comment.*

pendentia, nullatenus fiſco ſuo vindicare; ſed potius ſtatuum fiſco permittere velle (xx).

§. XIII.

De cauſſæ cognitione. Nemo vero vaſallorum feloniæ argui, & condemnari legitime poteſt; niſi præceſſerit cauſſæ cognitio, ac ſententia condemnatoria ſit ſequuta (yy). Non itaque Dominus pro arbitrio vaſallum expellere poteſt; ſed actionem, quam vocant, priuatoriam coram paribus curiæ inſtituere tenetur (zz). Debebat vero quondam quinque teſtibus ſummæ atque integræ opinionis felonia probari (a); ſed hodie duo ſufficiunt teſtes idonei. Sententia autem, quæ ſequitur, non eſt nude declaratoria, ſed priuatoria, qua dominio vtili demum vaſallus priuatur; quod ſequentibus nititur rationibus: quoniam 1) nullibi ius feudale ſtatuit, feudum ob feloniam ipſo iure amitti debere; 2) conceſſa Domino condictio, cauſſa data, cauſſa non ſequuta (b); 3) comparatur hæc feudi ob feloniam repetitio cum reuocatione donatio-

(xx) CAPITVLATIO CAROLI VI. *artic* XXI.

(yy) *I. F.* 21. *pr.* verb: *ſine cognita culpa &c.* It. *I. F.* 22. §. 2. verb: *niſi conuicta culpa &c.*

(zz) Quod ex proxime *cit. cap.* concluditur.

(a) *II. F.* 27. *in fin.*

(b) *I. F.* 21. *pr.*

nationis, ob ingratitudinem (c); quae tamen reuocatio non ipso iure contingit; verum per actionem & sententiam; huc accedit 4), quod nec ex aliis delictis quis poenam ferat, quam sententia condemnatus.

§. XIV.

Quid de illicita alienatione?

Quae quamuis recte ita se habeant ex regula; excipitur tamen illicita feudi alienatio; quippe quae efficit, vt feudum ipso iure ad Dominum reuertatur. Quum enim alienans omni se iure per alienationem abdicauerit; hoc vero in acceptantem iure non potuit transire; consequitur profecto, id ipsum cum dominio directo statim fuisse coniunctum. Interea Dominus emtorem aliumue possessorem rei vindicatione conuenire tenetur.

§. XV.

De feloniae remissione.

Verum nonnunquam Dominus feloniam remittit; quod fieri potest vel disertis verbis (d); vel etiam tacite: velluti, si, post caducitatem Dominus vasallum sciens iterum inuestiuerit, vel ad seruitia vocauerit, & quae sunt similia (e). Potest ista remissio etiam post senten-

(c) *II. F* 24.
(d) *II. F.* 31.
(e) Praesules ecclesiarum, etiam inconsulto capitulo

ſententiam condemnatoriam ipſamque priuationis executionem fieri, ſi ſalus reipublicæ, communis forte transquillitas, id deſiderauerit (f). Porro, defuncto Domino, antequam de culpa conqueſtus fuerit, ipſius ſucceſſores ad feudi priuationem agere nequeunt: actiones enim, vindictam ſpirantes, non tranſeunt in heredes. Pari modo Dominus, qui, ſuperſtite adhuc vaſallo, de ipſius felonia non fuit conqueſtus, aduerſus eiusdem filios, ab obitu patris, agere ex felonia haud poteſt; quum delicta maneant ſuos auctores. Denique & præſcriptione felonia aboletur, ſi Dominus per triginta annos actionem non inſtituerit (g).

§. XVI.

pitulo, niſi huic ſimul collatio competat, feloniam poſſunt remittere Vid. Illuſtr. Dn. BÖHMERVS in *iur. eccleſ. Prot. lib.* III. *tit.* XX. §. 69. *in fin.*

(f) Exemplo eſſe poſſunt duo fratres Electores, Colonienſis & Bauarus, IOSEPHVS CLEMENS & MAXIMILIANVS EMANVEL, pleniſſime reſtituti per PACEM BADENSEM *artic.* XV. Conf. Illuſtr. Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV. *cap.* IIX. §. 20. *p.* 115. *ſeq.*

(g) ROSENTHALIVS in *iur. feud. cap.* X. *concluſ.* XXXIX. *num.* 38. *ſeqq.*

§. XVI.

Quando perueniat feudum, ob feloniam amissum, ad Dominum?

Amissum ob feloniam feudum *nouum* deuoluitur, sine discrimine, ad Dominum. Simili quoque modo se res habet, si feudum *antiquum*, ob feloniam, in Dominum commissam, amittatur; post mortem tamen vasalli delinquentis, exstinctisque eius descendentibus (h), agnatis restituendum. Hi enim quum iure proprio succedant, ex pacto primi acquirentis & dispositione iuris feudalis, ob feloniam sui agnati non possunt isto iure priuari (i).

§. XVII.

Exceptio de filiis.

Aliquando autem ne filii quidem, ob feloniam patris, a successione remouentur: si nempe pater, qui feudum nondum possedit, auo superstite, ob delictum iure succedendi fuerit priuatus: tunc enim, haud secus, ac si pater mortuus esset, nepotes auo in feudum succedunt (k).

§. XVIII.

Applicatio ad feuda Imp.

Proscripto Imperii vasallo, Imperatores quondam non parum sibi libertatis sumsisse, atque feuda, hoc modo vacua

(h) *II. F.* 31.

(i) *II. F.* 40. §. *vlt.* It. 78.

(k) HARTMANNVS PISTORIS *lib. II. part. I. quaest.* XVI. *num.* 33.

vacua, ita aliis diſtribuiſſe, vt non ſolum filios, ſed & agnatos proximiores poſthabuerint, hiſtoriarum monumenta abunde teſtantur (l). Exemplo eſſe poſſunt: 1) Elector Saxoniæ, IOANNES FRIDERICVS, 2) FRIDERICVS V. Comes Palatinus ad Rhenum; 3) Duces Megapolitani, ADOLPHVS FRIDERICVS & IOANNES ALBERTVS ab Imperatore FERDINANDO II. proſcripti, quorum feuda ALBERTO WALLENSTEINIO, Friedlandiæ Duci, obuenere. Ac profecto quæſtio quondam admodum fuit controuerſa, vtrum crimen feloniæ poſſit etiam liberis innocentibus imputari? Et quidem maximopere eadem agitata eſt ſcriptis publicis poſt proſcriptionem Electoris Saxonici IO. FRIDERICI, nec non Electoris Palatini, FRIDERICI V. Aula Imperialis vtroque caſu regulæ iuris feudalis ſtrictiſſime inhæſit, prouocans ſimul ad AVR. BVLL. (m). Vbi ſpeciatim Imperatori poteſtas data fuerit, vacantem Electoratum, pro arbitrio, nouo cuidam Electori conferendi, nulla limitatione in fauorem liberorum adiecta. Quibus

(l) Multa, quæ huc faciunt, larga manu collegit PFEFFINGERVS in *Vitr. illuſtr. lib. II, tit. I. p.* 938. *ſeqq.*

(m) *Cap.* VII.

bus tamen argumentis a parte aduersa non parum fuit contradictum. Nunc vero, per CAPITVLATIONEM CAROLI VI. (n), certum est delictum vasalli, feudo priuati, ipsius agnatis, aut aliis, quibus ius est quaesitum, quique delicti non fuere participes, quoad ius succedendi, nullatenus detrimento esse debere. Quo loco & filiis prospectum esse arbitror; quum & hi agnatorum sint numero, iusque succedendi ipsis legitime sit quaesitum. Interea feuda eiusmodi caduca penes Imperatorem tamdiu puto manere, donec delinquens decesserit, Subfeuda vero Imperii Dominis proximioribus sunt relinquenda (o).

§. XIX.

Quid si felonia commissa in alios?

Quod si non peccatum in Dominum, sed alia ratione feudum antiquum amissum, id ipsum statim cedit agnatis. Quid? quod nonnulli interpretes ne filios quidem hoc casu excludunt

(n) *Artic.* XX. Add. Kaysers LOTHARII Constitution, daß die Lehns-Fehler eines Vasallen seinen Brüdern und Agnaten nicht nachtheilig seyn sollen, de anno 1136. apud LÜNIGIVM in *corp. iur. feud. German. tom. I. pag.* 30. It. *II. F.* 52.

(o) CAPITVLATIO CAROLI VI. *artic.* XXI. Add. HERTIVS *de super. territ.* §. 42. *pag.* 292. *Vol. I. tom. II.*

dunt (p). Quod vti iure Saxonico Electorali (q) eſt extra dubium poſitum; ita ſane & adeo eſt æquiſſimum, vt in vniuerſum ſe commendet.

§. XX.

De Prælatorum felonia.

Præſulum eccleſiaſticorum felonia eccleſiis, quibus præſunt, non poteſt eſſe detrimento; ſed, quamuis ipſis delinquentibus feudum aufferatur; Dominus tamen, illis defunctis; aut, ſi iam ante alius fuerit electus Præſul, huic ſtatim feudum reſtituere tenetur (r). Quod & de feudis Imperii affirmandum (s).

§. XXI.

De felonia Domini.

Denique & de felonia Domini pauca hic ſunt addenda. Cognouimus ſupra, nexum inter Dominum & vaſallum, per conuentionem ſtabilitum, fidem inuoluere reciprocam. Quodſi itaque Dominus hanc grauius violauerit,

(p) Vid. G. A. STRVVIVS in *ſynt. iur. feud. cap.* XV *aphor.* 15. *num.* 3.
(q) Per *conſtit. El.* XXVII. *part. III.* Addatur CARPZOVIVS *ibid. def.* 3. It. *def.* 6. *num.* 6. *ſeq.*
(r) *II. F.* 40. §. 3.
(s) ITTERVS *de feud. Imp. Cap.* XXIV §. 11. It. Illuſtr. Dn. MOSERVS *cit. tom.* IV. *cap.* IIX. §. 1. *p.* 192. *ſeq.*

rit, ſecundum iuris theoriam vtique iuſtum eſt, vt ob inſignem abuſum iure ſuo priuetur. Atque hoc & hodie obſeruabitur, ſi Dominus fuerit priuatæ ſortis homo. Quoniam autem plerumque Domini directi ſunt legitimi Imperantes ſuorum vaſallorum, ac dominium directum feudale imperio ciuili arctiſſime iunctum; ratio facile patet, quare theoria, ante expoſita, rariſſime posſit applicari (t).

CAPVT XVII.
DE SEPARATIONE FEVDI AB ALLODIO.
Itemque
DE FRVCTIBVS, ACCESSIONIBVS ATQVE IMPENSIS.

§. I.

Quando opus hac ſeparatione?

Feudis, inprimis antiquioribus, non pauca ſæpius allodia ſunt admixta; de quorum ſeparatione quæſtio oritur 1) ſi agnati ſuccedant in

(t) Copioſam opinionis de felonia Domini tractationem ac defenſionem exhibet ROSENTHALIVS *de feud. cap* XI. *concluſ.* XIX. XX. XXI.. vbi & craſſior doctrinæ in Imperatorem Imperiique Principes applicatio. Vid. quoque ITTERVS *de feud. Imp. cap.* XXIV. §. *vlt.* Conf. THOMASII *diſſ. de felonia Domini.*

in solum feudum; filiæ vero, vel alii heredes vulgares in allodium; 2) si, stirpe masculina exstincta, feudum vel ad dominum reuertatur, vel confratribus, aut exspectiuatis cedat; allodium autem aliis.

§. II.

Quoniam autem tristes sæpius lites hac de re oriuntur; vt exemplum Comitatus Limburgensis docuit; optimum est consilium, vt vel amica compositione negotium tempestiue concilietur; vel, si hoc fieri nequeat, superstes vasallus in iudicio feudali separationem desideret, quod eum in finem delegatis personis negotium, sumtibus vtriusque partis, demandat. Nonnunquam etiam, vel nemine implorante, iudicium separationem decernit, partesque propterea legitime vocat (a). *Tempestiue instituenda.*

§. III.

Allodii quoque partem constituunt fructus omnes precepti; atque adeo vasalli heredibus vtique sunt tribuendi; nisi, *De fructibus perceptis.*

mini. It. SPENERI *examen Longobardicæ doctrinæ de felonia, ad Status Imp. applicatæ* §. 10. *seqq.* Sed add. GVNDLINGIVS in *Gundlingianis parte* XLII. *obs.* 1.

(a) Illustris Dn. MOSERVS *cit. tom. IV. cap.* IX. §. 1. *seqq.*

nisi, feudo, vel ipso iure, vel per sententiam, amisso, vel saltem delicto iam perpetrato, fuerint percepti. Quum enim res, ob caussam data, si, caussa non sequuta, vel conditione, sub qua tradita, non obseruata, repetatur, restituenda sit cum fructibus, etiam ante litem contestatam perceptis (b); merito quoque feudum, quod sub conditione fidei diserta datum est, restituendum cum fructibus, ex eo tempore, quo fides non præstita, & felonia commissa, perceptis (c).

§. IV.

De pendentibus. Pendentes vero fructus, si vasallus post calendas Martias, ante Augusti finem, decessit, ad heredes vasalli pertinent (d); vel, si tardius maturescunt, licet postea quoque decesserit (e). Scilicet computatio anni œconomici apud Longobardos eo modo instituta est, vt a Calendis septembris cœperit annus atque vltimo Augusti fuerit finitus. Si itaque intra calendas septembris & calendas Martii mortuus fuerit vasallus; fru-

(b) Per *leg.* 38. *D. de vsur.*

(c) G. A. STRVVIVS in *synt. iur. feud. cap. XV. aphor. XI. num.* 4. 5.

(d) *II. F.* 28. §. 3. It. *II. F.* 86.

(e) HARTMANNVS PISTORIS *lib. I. quæst.* XXIV. *num.* 48. 49.

fructus nondum percepti, tam industriales, quam naturales, vel ad Dominum, vel ad successorem feudalem, pro casuum varietate, pertinent; & ideo quidem, quoniam sunt fundi partes. Si vero post calendas Martii decessisset, fructus pendentes ad heredes vulgares pertinent; quum defunctus iam vltra anni dimidium superstes fuerit; atque adeo ad tempus fructuum percipiendorum propius accesserit. Quae ratio eo magis concinna videbitur, si ad Italiam oculos conuertamus, vbi semina citius in terram proiiciuntur, ac messis etiam citius institui consueuit. Hoc placitum Longobardicum vti & ad mercedem ex fundo conducto debitam applicari solet (f); ita tamen ad fructus ciuiles alios trahi nequit; sed, ratione illorum, attendendum, vtrum dies venerit, vasallo adhuc superstite; an vero ab obitu demum ipsius; priori casu solis heredibus allodialibus debentur; posteriori, pro rata temporis, inter successores allodiales & feudales sunt diuidendi (g). Ad vasalli heredes *iure Saxoni-*

(f) Id. HARTMANNVS PISTORIS *cit. lib. quaest. XXV.*

(g) HORNIVS in *iurisprud. feud. cap.* XVI. §. 29.

xonico ſpectant fructus induſtriales, ſi, illo in viuis adhuc exiſtente, horti fuerint conſiti, agri raſtro ſubacti, vineæque vsque ad diem S. VRBANI cultæ (h). Quod ſi hæc cura & cultura equidem cœpta fuerit, non vero abſoluta; fructus ad ſucceſſorem feudalem pertinent; impenſæ tamen heredibus allodialibus reſtituendæ (i). Quod vero ad fructus attinet mere naturales, quos nempe natura producit, ſine vlla, aut minima hominum cura atque induſtria, vna cum fundo feudali, cui poſt mortem vaſalli adhuc cohærent, ad ſucceſſorem feudalem, aut ad Dominum feudi directum tranſeunt (k). Extra Saxoniam autem, niſi ſingularis terminus definitus, regula iuris feudalis communis paulo ante tradita eſt attendenda (l). De feudis Imperii ITTERVS (m) notat, fructus ad Cameram pertinere; adeoque in ſucceſſorem feudi tranſire; minime vero in heredes vulgares. Intuitu cenſuum, atten-

(h) Per IVS PROVINCIALE *lib. II. artic.* LIIX.

(i) CARPZOVIVS *part. III. conſtit.* XXXII. *definit.* XI. & XII.

(k) Per *cit. Conſtit. Sax. El.* XXXII.

(l) HORNIVS in *iurisprud. feud. cap.* XVI. §. 29.

(m) *Cap. XXIV.* §. 14.

attendendum, vtrum dies, viuo vaſallo, venerit (n).

§. V.

Acceſſionum nomine hic veniunt cuncta, quæ feudo, vt partes, cohærent, vel in feudo ſunt, perpetui vſus gratia. Veluti torcularia vinearum, machinæ arcium, piſces & feræ, in piſcinis & viuariis, propagationis cauſa, cuſtoditæ, & quæ forte ſunt plura. Quodſi de accesſionibus controuerſia oriatur, nec vaſallus ſit in poſſeſſione conſtitutus, ipſi incumbit probatio; quod omni iuri eſt concinnum. *De acceſſionibus.*

§. VI.

Impenſas, fructuum cauſſa factas a vaſallo, heredes eius non recipiunt; quippe qui cum fructibus ſunt compenſandi. Aſt ſi rem ſuis opibus in perpetuum reddidit meliorem, præſentis vtilitatis pretium, non tamen vltra impenſas, heredes repetunt, vel poſitum auſferunt. Iure Saxonico ædificiorum pretia non repetuntur (o). In feudis publicis, Imperii cauſſa conceſſis, impenſæ ſunt officii, neque adeo repetuntur. *De impenſis.*

CAPVT

(n) IVS PROVINC. SAX. *cit. loc.*

(o) IVS PROVINCIALE *lib. II. art.* XXI. Sed conf. HARTMANNVS PISTORIS *lib. II. quæſt.* XLII. *num.* 36.

CAPVT XVIII.

DE VARIIS FEVDORVM SPECIEBVS.

§. I.

Feudum 1) aliud proprium, aliud improprium.

SVmma feudorum diuisio est, vt aliud sit feudum proprium, aliud improprium (a). Vocatur proprium etiam feudum *rectum* (b); in litteris inuestiturarum vernaculis: ein recht Lehen. Verum non semper rectum feudum idem est, ac proprium; sed potius nonnunquam *pro vero* vsurpatur; veluti in formula: einem das Gut zu rechten Lehen geben; qua distinguitur ab institutis vicinis, censu, emphytevsi similibusque. Præterea iure quoque Germanico, 1) *ratione transmissionis*, quod transmitti potest in successores habiles (c); vel 2) *ratione possessionis*, cui iuncta est possessio (d), feudum dicitur rectum.

§. II.

Feudum præsumitur proprium.

In dubio feudum præsumendum esse proprium (e), regula est iuris feudalis,

(a) De qua diuisione vid. *cap. III.* §. 9. Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *iur. feud. cap.* V. *qu.* 1.
(b) *II. F.* 20.
(c) *J. F. Al. cap.* 100. §. 8.
(d) *J. F. Al. cap.* 104. *pr.* It. 107. §. *vlt.*
(e) *I. F. I.* §. 4.

dalis, ratione nixa ſufficiente. Quoniam enim proprietas ad naturalia pertinet; hæc autem in dubio ſemper adesſe cenſetur; concluſio ſatis eſt manifeſta. Proprietas autem nobis potiſſimum ex iurium patriorum regula eſt æſtimanda (f).

§. III.

An detur ſpecies intermedia.

Sunt, qui inter feudum proprium atque improprium mediam ſtatuunt ſpeciem (g); ſed doctrina de noua hac ſpecie nimiam ſapit ſubtilitatem, nullumque omnino vſum præſtat. Nam ita diſtinguentibus proprium ſubtiliter audit, *quod in nulla omnino parte abit a regula*; improprium autem,, *quod in omnibus momentis abit a regula*; & media denique ſpecies, *quæ aliquas quidem feudi proprii partes habet; in nonnullis autem, vel ſaltem in aliqua parte ab ordinaria feudorum natura deflectit.* Sed poſterior ſpecies quam rectiſſime ad feuda impropria refertur.

§. IV.

2) Aliud nobile, aliud ignobile.

Secundo feudum diſtinguitur in nobile & ignobile; quam diſtinctionem pari-

(f) Illuſtr. Dn. de LVDEWIG *cit. loc.* §. 3. *ſeqq.* It. *quæſt. II.* §. 1. *ſeqq.*

(g) ALBERTVS BOLOGNETVS, ICtus Italus, *de lege & æquitate, cap. III. n.* 24. SCHILTERVS in *inſtitut. iur. feud. cap.* IX. §. 3.

pariter ſupra (h) iam illuſtraui. Feudum nobile ſubdiſtingui ſolet in *regale* & non regale; de qua ſubdiuiſione etiam egi ſupra (i).

§. V.

De feudo, quod dicitur Klepper-Lehen.

A feudo nobili differt ea feudi ſpecies, quæ vocabulo eines Klepperlehns deſignatur: nobilis etenim, qui feudum equeſtre posſidebat, ex inſtitutis feudalibus quondam ad ſeruitia perſonalia erat obligatus; vaſallus autem, qui feudum poſterioris generis tenebat, ad ſeruitia bellica perſonalia plane non erat obligatus; ſed tantum ad equum vulgarem Domino præſtandum. Dari vero adhuc hodie huius nominis feuda, ex reſponſo Ordinis noſtri apparet, quod inſertum diurnis Hallenſibus (k). Vnde ſimul cognoſcitur, quamuis eiusmodi feudum non ſit nobile; id ipſum tamen eſſe a tributis vulgaribus immune.

§. VI.

3) *Aliud nouum, aliud antiquum.*

Tertio ratione modi acquirendi feudum diuiditur in nouum & antiquum

(h) *Cap.* VI. §. 23. *ſeqq.* Addatur iterum Illuſtr. Dn. de LVDEWIG in *iur. feud. cap.* VII.

(i) *Cap.* IV. §. 29. *ſeqq.* Add. Illuſtr. Dn. de LVDEWIG *cit. loc. cap.* VIII.

(k) Denen Hällischen wöchentlichen Anzeigen de anno 1734. *pag.* 100. & *ſeqq.*

quum (l): Illud eſt, *quod quis ipſe recens acquiſiuit;* hoc vero, quod a maioribus in poſſeſſorem ſucceſſione eſt transmiſſum. Olim feudum intra quartum gradum, ex latere vltimi poſſeſſoris, audiit *paternum;* vltra autem quartum, in quinto & remotioribus, antiquum; quaſi *antiquatum*; quoniam agnatis, vltra quartum gradum conſtitutis, ſucceſſio gentilitia negabatur. Sed hodie hoc nullius vſus eſſe, facile intelligit, qui ex ſuperioribus nouit, ſuccesſionem feudalem poſtea in omnes primi acquirentis deſcendentes tranſiisſe. Hinc & quodlibet feudum, ab aſcendentibus paternis acquiſitum, paternum dicitur, *quicunque ex ſuperioribus acquiſiuerit* (m). Quod autem ab aſcendentibus maternis origines acquiſitionis ducit, *maternum* dicitur (n).

§. VII.

Quale in dubio præſumatur?

Feudum in dubio, orta lite, præſumendum eſſe antiquum, ipſa feudalia iubent decreta (o). Quare merito misſam facimus eorum opinionem, qui, neutrum præſumendum eſſe, contendunt

(l) De hac diſtinctione conf. Illuſtr. Dn. de LVDEWIG *cit. loc. cap.* VI.

(m) *II. F.* 50.

(n) *II. F.* 30.

(o) *II. F.* 26. *pr.*

dunt (p). Iure enim aliquid definiente, cessant argutiæ auctorum. Et fauor hic est agnatorum æquissimus; quippe quorum maius est detrimentum, a feudi gentilitii successione excludi (q).

§. VIII.

De feudo nouo in vim antiqui concesso. Feudum nouum potest etiam concedi *vt antiquum*, seu in vim antiqui, nach Arth eines alten Stamm-Lehens. De quo litigant interpretes, sitne nouum, an potius antiquum? In IVRE ALEMANNICO (r) deciditur, feudum eiusmodi non manere paternum, vel antiquum; quum paternum non sit, nisi, quod successione deferatur, Erb-Lehen, vt ibi vocatur, seu ererbtes Lehen. Atque hæc etiam est conclusio, ex definitione feudi paterni prono fluens alueo. Quodcunque enim feudum successionis iure non est acquisitum, sed potius ex noua conuentione, id profecto nec est proprie paternum, vel antiquum. Quare nec mirum est, & Longobardiæ sapientes (s) hac in re dissensisse. Interea, sen-

(p) In quorum numero etiam est STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap.* III. *quæst.* 22.

(q) Conf. illustr. Dn. de LVDEWIG *cit. cap. qu.* 2.

(r) *Cap. LXX.* Add. SCHILTERVS in *comment.*

(s) Prout patet ex *II. F.* 14.

ſententiam, quæ præualuit, feudum nempe refutatum nihilominus paternum eſſe debere, non omni iuris ratione deſtitui arbitror. Conuentiones enim ad mentem paciſcentium ſunt explicandæ. Patri autem refutanti, in fauorem filiorum, mens eſſe non potuit, vt in eorum detrimentum, ratione iuris ſuccedendi, antiqua feudi conditio mutetur; quemadmodum agnatis multo minus potuit nocere. Cautius tamen agitur, ſi de iuribus ſuccedendi ſartis tectis vndique conſeruandis diſerte refutans paciſcatur.

§. IX.

De eo, quod referi, ſitne feudum antiquum, an nouum.

Sed refert vtique, vtrum feudum ſit antiquum, an nouum: illud enim ſine conſenſu agnatorum, a primo acquirente deſcendentium, non poteſt alienari (t); de hoc vero ſecus pronuntiandum: niſi adſint ſimultanee inueſtiti. De refutatione idem eſt affirmandum. Feudum autem, in fauorem filii refutatum, naturam feudi paterni retinet, vel antiqui (u).

§. X.

Quid ſi filius, repudiata pa-

Poteſt vero contingere, vt filius, quem graue æs alienum paternum haud

latet,

(t) *II. F. 39. pr.*
(u) *II. F. 14.*

tris hereditate, de nouo inuestiatur? latet, repudiata patris hereditate, vna cum feudo, ex singulari Domini gratia, & cum consensu agnatorum, de nouo inuestiatur; atque adeo tunc oriatur quæstio, vtrumne hoc feudum sit nouum, an secus se res habeat? Ac profecto ex definitione feudi antiqui consequitur, non esse antiquum; sed nouum; vnde porro fluit, nec agnatis, nisi pacto sibi prospexerint, spem succedendi superesse. Quoniam vero actiones hominum ex animo inprimis sunt diiudicandæ; hic autem in agnatis is non fuit, vt consensu suo se iure succedendi voluerint priuare; consequitur inde, hoc & tacite esse conseruatum; licet pactum disertum ad viam pertineat securiorem. Posset etiam dici eiusmodi feudum *nouantiquum*.

§. XI.

Quid de feudo recuperato? Idem etiam de feudo amisso, & post ex noua Domini indulgentia recuperato, affirmandum, nisi Dominus sibi quid reseruauerit. Interea hoc non potest nocere agnatis, aliquando successuris (x).

§. XII.

De feudo permutato. Quod si feuda antiqua inter se permutata

(x) Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG *cit. cap.* VI. *quæst.* IX.

mutata sint, ex rigore definitionis, vtrinque feudi noui naturam acceperunt, noua hac acquisitione; sed ex aequitate vtrumque manet antiquum (y).

§. XIII.

Quid valeat pretium antiqui, quo nouum emtum?

Praeterea, si feudi antiqui, ob aes alienum venditi, pretium abundans in noui feudi minoris acquisitionem impendatur, solet quaeri ac dubitari, vtrum illud hoc reddat antiquum? Atque hic iterum res est manifesta, feudum recens emtum vtique esse nouum; nisi eidem feudi antiqui indoles a Domino tributa.

§. XIV.

4) Feudum aliud immediatum, aliud mediatum.

Quarto feudum diuiditur in immediatum & mediatum; cuius fundamentum est diuersitas Domini directi, qui vel summus est, vel intermedius; quam diuisionem etiam supra illustraui (z).

§. XV.

5) Aliud seruitiis obnoxium, aliud francum.

Quinto feudum aliud est seruitiis obnoxium, aliud francum, seu ab omni seruitio liberum; de qua specie vltima pariter supra actum (aa).

§. XVI.

(y) Illustr. Dn. de LVDEWIG *cit. quaest.*

(z) *Cap.* VI. §. 29. *seqq.*

(aa) *Cap.* XIII. §. 32. in doctrina de seruitiis feudalibus.

§. XVI.

6) *Aliud ex pacto & prouidentia tale, aliud hereditarium.*

Sexto feudum aliud est ex pacto & prouidentia tale, aliud hereditarium: hoc rursus subdistinguitur in feudum hereditarium, secundum quid tale, & mere hereditarium, de quibus quoque speciebus supra iam egi (bb).

§. XVII.

7) *Aliud masculinum, aliud foemininum.*

Septimo feudum diuiditur in masculinum & fœmininum: illud dicitur, quod in solos masculos; hoc, quod & in fœminas, saltem in subsidium, potest transmitti; quam diuisionem pariter pluribus supra exposui (cc).

§. XVIII.

8) *Aliud in curte, aliud extra curtem.*

Octauo feudum aliud dicitur in curte, aliud extra curtem. Interpretes hic sunt varii admodum (dd). Nonnulli per *territorium* explicant hoc vocabulum; atque adeo his feudum in curte est, *quod situm est in Domini territorio;* alterum vero, est extra Domini territorium. Et profecto docet experientia, non

(bb) *Cap.* X. §. 31.

(cc) *Cap.* X. §. 23. *& seqq.* Vbi & de *feudo Fuldensi.*

(dd) Conf. V. C. IO. GVIL. GOEBELII *dissert. de feudis extra curtem.* It. AVGVSTI CHRISTIANI REHFELDII *de feudis in curte & extra curtem.* Inprimis autem Illustr Dn. de LVDEWIG *cit. loc. cap.* X.

non pauca dari per Germaniam feuda, extra Domini territorium sita (ee): veluti multa feuda *Bohemica*, *Fuldensia* ac plurima alia. Sed quæstio est, vtrum curtis significet territorium? quæ neganda; denotat enim potius *curiam*, vti Italorum vox *corte*. Hinc *pares curiæ* alibi *pares curtis* dicuntur; & *iudex curiæ*, nempe feudalis, alibi *iudex curtis* audit (ff). Per curiam itaque commodissime intelligere possumus iudicium parium curiæ, vt feudum in curte sit, *quod ad certam curiam feudalem est relatum;* feudum autem extra curtem, *quod nondum certæ curiæ feudali est adscriptum* (gg). Quod contingere potest, vbi plures Domino sunt curiæ, per plures ipsius prouincias.

§. XIX.

Nono feudum diuiditur in ligium & non ligium. Fundamentum eius est, quod

9) *Aliud est ligium, aliud non ligium.*

(ee) Vid. GRIBNERI *opusculum de dominio directo, in territorio alieno*, *in selectis opusc. iur. publ. tom. IV. sect. V.* Notatu dignum est, quædam Imperii feuda sita esse in territorio alicuius Imperii status, veluti ciuitatis. Vid. Illustr. Dn. MOSERVS in *introduct. ad proc. iudic. Aul. Imp. Cap. I.* §. 91.

(ff) *II. F. 2. pr.* *II. F. 15.* *II. F. 18.* *II. F. 51. pr.*

(gg) De aliorum sententiis vid. *auctores cit.*

quod vasallus plures possit habere Dominos, ac diuersa ab illis feuda tenere. Est autem vasallus ligius, *qui vni soli Domino seruire tenetur* aduersus omnes, nemine excepto. Et quidem, vt formula nonnunquam tulit, „cum vniuer-„sis, quæ possideat, etiam cum perso-„na propria; „quas conditiones victis, „ aut ad officium redactis Vasallis im-„poni solitas fuisse; aliquando tamen & „sponte admissas, „SCHANNATIVS ostendit (hh). Ligii vocabulum itaque idem est ac *Legius*, quasi *ledgius*, a ledig; hinc: ein ledig Mann, qui solutus est omni nexu cum alio Domino (ii). Excipiendum tamen semper esse summum reipublicæ Imperantem, supra iam cognouimus (kk). §.XX.

Quibus addatur inprimis B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap.* IV. §. 17. *p.* 105. *seqq.*

(hh) In *clientela Fuldens. beneficiaria*: dem Fuldischen Lehen-Hof, *P. I. C. III.* §. 3. *n.* 7. *p.* 21. ac posterius illustrat exemplo HENRICI ab HENBVRG, erga Abbatem Fuldens. his verbis vsi: Wir sollen und wollen auch unserm vorgenannten gnedigen Herrn und sin Stifft : : : beholffen syn gen alle Lüten : : : mit unsern Landen und Lüten und mit unserm Schloßin und mit unserm selbes Liebe, wo er das bedarff. Conf. Illustr. Dn. de LVDEWIG *cit. loc. cap.* IX.

(ii) *II. F.* 99.

(kk) *Cap.* XIII. §. 20.

§. XX.

Præterea notandæ & aliæ feudorum species, atque inter has hoc loco tutelare ac pupillare. Illud est, *quod Dominus habebat quondam iure tutelæ; vel etiam agnatus eodem iure;* Germanice: Vormundschaffts-Lehen; de quo etiam supra iam egimus (ll). Huic adfine est feudum pupillare, Germanice: Kind Lehen; atque hoc nomine designabatur feudum, *quamdiu Dominus & vasallus in ætate erant pupillari.* De quo *iuris feudalis Alemannici* (mm), regula est: Kind mag Kind-Lehen nit geliehen.

10) *De feudo tutelari, & 11) pupillari.*

§. XXI.

Post hæc accedit feudum pignoratitium, seu pignus infeudatum, Germanice: Pfand-Lehen, *cuius* nempe *dominium vtile feudale, per inuestituram, in creditorem, maioris securitatis caussa, est translatum* (nn). In quo tria concurrunt: 1) ius crediti, 2) ius pignoris, & 3) ius dominii vtilis feudalis. Per-

12) *De feudo pignoratitio.*

(ll) *Cap.* XIII. §. 35. & 37.

(mm) *Cap.* 105. Add. SCHILTERVS in *comment. ad cap.* 48. De impubertate & pubertate vasallorum dictum est supra *cap.* XIII §. 44.

(nn) *I F.* 11. *J. F. Al. cap.* 26. *c.* 56. & *cap.* 100. Ibique SCHILTERVS in *comment.*

Pertinet ad feuda impropria; quoniam ſoluto, vel exſtincto debito, eſt reſtituendum; neque adeo perpetuum in poſſeſſorem ius eſt translatum. Vnde patet, hoc differre a *feudo oppignorato;* quippe in quo tertium deficit momentum (oo).

§. XXII.

14) *De feudo fiduciario.* Nec cum feudo pignoratitio confundendum eſt feudum fiduciarium. Eſt equidem feudo pignoratitio aliqua ratione vicinum; nempe in eo, vt aliquando ſit reſtituendum, ſicubi Domino, vel eius poſteris ita viſum fuerit. Interea tamen differt ab illo: feudum enim pignoratitium præponit ius crediti in vaſallo; quod in feudo fiduciario deficit omnino. Exemplo eſſe poteſt *Comitatus Aſtenſis*, Comiti quondam Sabaudiæ ab imperatore HENRICO VII. tanquam feudum fiduciarium, conceſſus (pp). Ceterum denominatio deſumta eſt ex iure Romano, ab herede fiduciario, qualis dici-

(oo) De iure oppignorandi feuda actum ſupra *cap.* XIII. §. 50. Ceterum originem feudi pignoratitii non male repetiit ab expeditione cruciata Illuſtr. Dn. BÖHMERVS in *diſſert. de varia iurium innouatione per expeditionem cruce ſignatorum, cap.* III. §. 8.

(pp) De quo GVNDLINGIVS in *diſſert. de iure oppignorati territorii*, §. 89. *in not.*

dicitur is, qui hereditatem restituere tenetur fideicommissario (qq).

§. XXIII.

Ad species feudorum, ob seruitia impropriorum, pertinet feudum censuale; de quo tamen satis iam dictum supra (rr). 14) *De feudo censuali.*

§. XXIV.

Porro ad classem feudorum impropriorum feudum quoque refertur iniuratum; in quo deficit solita alias iurata fidei feudalis promissio; de qua egimus in doctrina de inuestitura. Exemplo esse possunt feuda Electorum Imperii Bambergensia. 15) *De feudo iniurato.*

§. XXV.

Quædam præterea feuda conditionata audiunt. Scilicet extra dubitationis aleam est positum, omnia initio feuda fuisse militaria; deinde vero pedetentim & alia quædam seruitia iuncta fuisse feudis recentioribus. Est itaque feudum conditionatum, *quod abit ab ordinaria, quæ olim fuit, seruitiorum militarium indeterminatorum regula, & iunctam habet nouam seruitiorum aliorum conditionem.* Quo referuntur etiam 16) *De feudis conditionatis.*

(qq) SCHILTERUS *ad Cap.* 97. *iuris feudalis Alemannici, in commentario.*

(rr) *Cap.* XIII. §. 29.

iam feuda palatina; de quibus vero iam egi supra (ss).

§. XXVI.

17) *de feudo castrensi.* Huc præterea pertinet feudum castrense, *cuius possessor vasallus ad castrum aliquod Domini tuendum obligatur* (tt). Quod confundendum haud est cum *feudo castri*, quando quis de ipso castro est inuestitus (uu).

§. XXVII.

(ss) *Cap. XIII.* §. 31. Ceterum feudum conditionatum minime est confundendum cum ea specie, quæ Seß-Lehen vocatur; vt facit *B. G.* STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap. V.* §. 11. Non enim hæc nomina synonimice vsurpantur; sed differunt, vt genus & species. Est autem Seß-Lehen eiusmodi feudum, quod vasallo sub hac conditione datum est, vt sedere vel præsidere, nomine domini, in certo loco teneatur. Huc pertinet præfectus feudalis, ein Lehn-Probst, qui, nomine Domini, in curia feudali, (bey dem Lehn-Hoff) sedere ac præsidere tenetur, causarum feudalium dirigendarum gratia. Qua de re pluribus egit SCHILTERVS in *commentario ad ius feudale Alemannicum Cap.* 151. §. 3.; vbi hæc formula in litteris clientelaribus occurrit: Wir nehmen ihn zu unserm Seß-Mann, dergestalt und also, daß er sitzen soll zu N. N. &c.

(tt) *J. F. Al. cap.* 136. *seq.* Ibique SCHILTERVS in *comment.* Add. V. C. WALDSCHMIDIVS *de feudis castrensibus.*

(uu) *I. F.* 4. §. 3. & 4.

§. XXVII.

Porro ad hanc claſſem referendum feudum aperturæ, *cuius poſſeſſor vaſallus, loco ſeruitiorum, debet aperturam.* Cui in Domino reſpondet ius aperturæ, das Oeffnungs-Recht. Quod eſt *legitima facultas, ab alio poſcendi aperturam caſtri, vel alius loci muniti.* Hoc vero non ſolum ex conuentione feudali oritur; ſed & ex pacto vulgari; quinimo & iure Imperii, ad auertendum periculum commune (xx). 18) *De feudo aperturæ.*

§. XXVIII.

Nec prætereundum hic eſt feudum guardiæ; quod datum eſt acceptumque, *vt vaſallus ad certam cuſtodiam ſit obligatus* (yy). Datur tamen & alia ſpecies eiusdem nominis; de qua iam ſupra (zz). 19) *De feudo guardiæ.*

§. XXIX.

Nec feudum guaſtaldiæ ab hoc loco alienum; quo denotamus eiusmodi feudum, *quod ſub ea conditione datum eſt, vt vaſallus officio guaſtaldi fungi teneatur.* Fuit autem officium guaſtaldorum 20) *De feudo guaſtaldiæ.*

(xx) AHASVERVS FRITSCHIVS *de iure aperturæ.* V. C. IO. GEORGIVS ESTOR in den kleinen Schrifften *tom. III. pag.* 237. *ſeqq.*

(yy) *I. F.* 2.

(zz) *Cap. XIII. §.* 37.

rum varium ac diuersum, pro temporum & Principum ratione; prout veteres docent scriptores. Inprimis autem guastaldi fuere quasi *custodes*, *actores* & *procuratores* Dominorum, sigillatim in prædiis aut *Villis Regiis*. Habuere etiam olim *ecclesiæ* suos guastaldos, qui antiquis scriptoribus passim *œconomi & Vice-Domini* appellantur. Muneri huic plerumque etiam *iuncta* fuit *iurisdictio*, sed in plebem atque ignobiles (a). Quod feudum, cum proxime præcedente, & in eo abit a regula, vt in heredes non transmittantur (b).

§. XXX.

21) *De feudo aduocatiæ.*

Nec feudum aduocatiæ hic omittendum; quo ipso vel *ius atque officium aduocatiæ*, feudi titulo datum, intelligi potest; *vel etiam terræ, titulo feudi datæ, vt vasallus officium aduocatiæ, potissimum armatæ, præstaret.* Schutz- und Schirm-Herrlichkeit. Quæ aduocatia distingui solet *in secularem*, quæ prouinciis, vel locis aliis, vel personis secularibus præstanda; atque in *ecclesiasticam*, quæ ecclesiis ac monasteriis præstanda. Alia etiam est *suprema*, vi imperii

(a) Vid du FRESNE in *glossario, voc. Guastaldus.*
(b) *I. F.* 2.

perii ciuilis competens; alia *subordinata*, a summo principe pendens (c).

§. XXXI.

22) De feudo Keminatæ.

Cum aliis porro etiam feudum Keminatæ ad hanc pertinet classem; de quo SCHANNATIVS (d) hæc habet: „Feu„dum *Keminatæ*, siue *ædificii*, vulgo „*Seß*-Lehen, priscis temporibus feudo „castri fere par erat, non, nisi viris, de „ecclesia Fuldensi optime meritis, tribui „solitum. Erant autem eiusmodi *ædifi*„*cia* plerumque *lapidea*; vnde & passim „Stein-Keminaten dicta; habebantque „sæpius adiectum fortalitium. Eiusmo„di feudi inuestitura per symbolicam „clauium traditionem fieri solebat.„

§. XXXII.

23) De feudo Soldatæ.

Inter varias species in mentem quoque venit feudum soldatæ, quod con-

(c) MAYERVS *de aduoc. armata.* HEIDERVS von Reichs-Vogteyen. RECHENBERGIVS *de aduocatis & aduocatiis Germaniæ.* CRAMERVS *de aduocatia statuum Imperii armata.* V. C. GOEBELIVS *de aduocatia armata.* ESPENIVS in *iure ecclesiastico vniuerso P. II. tit. XXV. cap. 1.* PFEFFINGERVS in *Vitriario illustrato lib. I. tit. XV.* §. 8. & *seqq. pag.* 1152. & *seqq.*

(d) In *clientela Fuld. benefic. part. I. cap. III.* §. III. *num.* 4. *pag.* 20. Conf. BRVNQVELLII *differt. de feudo Keminatæ.*

consistit in praestatione quadam annua gratuita, feudi titulo data, Gnaden-Gelder; soldatae vero nomen inde accepit, quod in solidorum donatione constitit vt plurimum (e).

§. XXXIII.

24) *De feudo de Camera &* 25) *de Cauena.* Deinceps & feudum de Camera & de Cauena in iure Longobardico (f) occurrit, illud est, *cuius possessor certa praestat seruitia pro annuo ex fisco, seu Camera Domini, reditu nummario*; hoc vero, *quando alios a Domino reditus, veluti vinum, frumentum & similia, ad sustentandam vitam necessaria, accipit vasallus* (g). Vocabulum *Cauena* autem ab Italorum Caua, quod cellam donotat, sine dubio est deriuandum.

§. XXXIV.

26) *De feudo habitationis.* Porro & feudum habitationis occurrit, *quando ius habitandi, sub nexu fidei feudalis, alicui concessum.* Quod morte accipientis, nisi aliud conuentum, finitur (h). Idem etiam de proxime praecedentibus dicendum speciebus.

§. XXXV.

27) *De feudo dato & oblato.* Denique etiam notanda distinctio inter

(e) *II. F.* 10. §. 2.
(f) *II. F.* 2. §. 1.
(g) G. A. STRVVIVS in *syntagm. iur. feud. Cap. IV. aphor.* XIIX.
(h) *II. F.* 105.

inter feudum datum atque oblatum; quod & recognitum audit. Illud est, *quod Dominus, vel de patrimonio suo, vel terris cameralibus desumsit, & vasallo per inuestituram concessit;* hoc vero est *res, de qua Dominus vasallum, qui eum in finem istam ante obtulit, sub conditione fidei feudalis, inuestiuit* (i).

§. XXXVI.

Modus constituendi feudi oblati duplex. Modus itaque constituendi feudi oblati *frequentior* est, vt possessor prædii, vel territorii maioris, hactenus allodialis, alterum sponte adeat, ipsique mentem explicet de oblatione perficienda, atque hic oblationi annuat desiderantemque de re oblata inuestiat. *Alter* modus est, si possessor eiusmodi allodii liberi, sine diserta animi declaratione & conuentione, id ipsum sciens ac volens ab altero, sub conditione fidei feudalis, per inuestituram accipit. (k)

§. XXXVII.

Origo & caussæ feudorum oblatorum. Feudorum oblatorum insignis est per Germaniam copia; quorum origo ab illis potissimum temporibus, quo diffi-

(i) Nonnulla de feudo oblato iam in medium protuli supra, *Cap. IV.* §. 35. *seq.*

(k) THOMASIVS in *differt. de feudis oblatis*, §. 52. *seqq.* It. BVRIVS in *comment. ad Schilt. J. J. F. p.* 665. *seqq.*

diffidationes in vſu fuerunt frequentiori, eſt repetenda. Tum enim ſolenne fuit, vt, qui viribus diffiderent ſuis, bona obtulerint potentioribus, ac deinde, mutua promiſſa fide, per inueſtituram receperint, tutela Dominorum contra aduerſarios inpoſterum gauiſuri. Non tamen negamus, & alias ob cauſas oblationes contigiſſe; quas in medium produxit HERTIVS (l), atque in meliorem redegit ordinem THOMASIVS (m). Scilicet ſeparandæ ſunt cauſſæ, *quæ mouerunt Dominos directos*, vt oblationes acceptauerint, a cauſſis, *quæ impulerunt alios ad offerendum.* Ad illas pertinuit prudentia, partem acquirendi, vbi totum acquirere non licuit. Ad has quod attinet, quidam libera voluntate obtulerunt ſua, vel ſingularis teſtandæ deuotionis gratia, inprimis in eccleſias & monaſteria; vel vt familiæ ſplendorem conſeruarent & primogenito conſulerent per oblationem. Alii, quos vrgens impulit neceſſitas ad oblationes, id fecerunt vel ob nummorum defectum atque æris alieni onus intolerabile (n); vel ob metum potentiæ aduerſæ atque

(l) In *diſſert. de feud. oblat.*

(m) In *diſſert. eiusd. tituli Cap. I.* §. 13. *ſeqq.*

(n) Huc pertinet Comitatus Waldeccenſis, Domui

atque amisſionis bonorum, veluti in ſtatu Germaniæ quondam turbatisſimo; qui metus nonnunquam a vicinis, quibus deinde ſua obtulerunt metuentes, fuit incuſſus (o).

§. XXXVIII.

An ſingularis eorum natura?

Poſteaquam itaque vſu inualuerunt feuda oblata, in dubio ſecundum ordinariam feudi naturam ſunt æſtimanda: hæc enim ad regulam iuris feudalis pertinet,

mui Haſſiacæ anno 1438. oblatus. De quo vid. *inſtrumentum oblationis* (Auftrags-Brief) quod integrum exhibet LÜNIGIVS in *corpore iuris feudalis Germanici, tom. II. pag.* 1677. *& ſeqq.* Ex quo ſequentia hic notamus: Als der Hochgebohrne Fürſt, Herr Ludewig, Landgraf zu Heſſen, unſer lieber „Oheim, uns mit einer Summe Geldes, um „unſere anliegende Noth, und Schulden wil„len, darinnen wir ieʒt ſin, gehulffen haid „ꝛc ꝛc.„ Sequitur deinde ibidem ſub num. VIII. inſtrumentum inueſtituræ, Landgrafen Ludwigs Lehn-Brief, vor die Graffen Heinrich und Wallraffen zu Waldeck, über die ihm zu Lehn aufgetragene Grafſchafft Waldeck und deren Pertinentien de anno 1438.

(o) Sic CASIMIRVS ac BOGISLAVS, Slauici Principes, Danicarum virium metu perculſi, ſe & Prouinciam Pomeraniæ, Imperatori FRIDERICO I. in feudum obtulerunt. Vid. SAXO GRAMMATICVS *hiſtor. Dan. lib. XVII. p.* 375. Plura exempla habet HERTIVS in *diſſert. de feud. obl. part. I.* §. 4. *ſeqq.*

tinet, cui tamdiu est inhærendum, recta dictante ratione, donec aliud a contendentibus probetur; inprimis, quum & iura singularia facti sint dubii, quod, ex principiis iuris, est probandum. Neque omnibus, qui feuda obtulerunt, occasio fuit, singularia sibi posterisque stipulandi. Singularitas itaque ex sola feudi oblatione nunquam est repetenda; sed potius ex pactis, aut consuetudinibus singularibus (p).

§. XXXIX.

An feuda Imperii sint oblata?

Personatus quondam SEVERINVS de MONZAMBANO, seu L. B. de PVFFENDORFF (q) hanc defendit sententiam, omnem Principum Imperii nexum feudalem ex voluntaria oriri oblatione; satis tamen iam refutatus ab aliis (r).

§. XL.

Vtrum allodia Imperii libere possint in feudum offerri?

Ceterum quæstio etiam hic est expendenda, vtrum Imperii status immediata sua allodia libere & pro arbitrio in feudum offerre queant? Quantum ad Im-

(p) Conf. interea CHRISTIANI HANACCII *commentatio Acad. de eo, quod refert, feudum esse datum, vel oblatum.* Add. V. C. IO. GEORGIVS ESTOR in *analect. Fuldens. Sect. II. obs. IX. p* 48. *seq.*

(q) *De statu Imp. German. cap. III. §.* 4.

(r) KVLPISIVS in *not. ad loc. cit.* Addatur ITTERVS *de feud. Imp. cap. I. §.* 12.

Imperatorem attinet? huic eadem libere offerri posse, nullum est dubium (s); modo consentiant, quorum interest, agnati. Pari gaudent libertate, si aliis Imperii statibus eadem velint offerre; ea quidem ratione, vt nec Imperatoris consensum rogare teneantur (t). Extraneis autem Principibus aut Rebuspublicis liberis sua non pari modo offerre possunt; quum inde Imperatori atque Imperio damnum facile oriri queat (u).

§. XLI.

Id vero certum est atque euictum, nemini vasallorum feuda sua aliis in subfeudum offerre licere, sine consensu Domini, aliorumque, quorum legitima ratione interest; quum hæc sit species alienationis, qua Domino, hactenus solitario, nouus adiungitur Dominus (x). *Defeudorum oblatione.*

CAPVT

(s) Exemplo esse potest magna *Dynastia Luneburgensis*, Imperatori FRIDERICO II. ab OTTONE PVERO anno 1235. oblata, vt Ducatus emerserit, in subsidium & in fœminas transmittendus. LÜNIGII Reichs-*Archiv*, *part. spec. pag.* 3.

(t) Exemplum præbet *Comitatus Waldeccensis*, de quo sub §. 36. *not.* (*u*) *h. c.* Aliud exemplum, e Domo Palatina desumtum, exhibet HORNIVS in *iurisprud. Cap IV.* §. 18.

(u) Vid. THOMASII *cit. dissert. de feud. oblat. cap. II.* §. 35 *seqq.*

(x) Conf. THOMASII *cit. diss. part. II.* §. 13 *seqq.*

CAPVT XIX.

DE ACTIONIBVS FEVDALIBVS.

§. I.

De actione atque exceptione præiudiciali.

Quoniam nexus feudalis ſingularem etiam ſtatum inuoluit; conſequitur profecto, & actionem & exceptionem præiudicialem mutuam inter Dominum & vaſallum locum habere (a).

§. II.

Actiones de feudo promiſſo.

Quotiescunque porro alter alteri promiſit, ſe ipſi feudum daturum, vel oblaturum, nec promiſſo hactenus ſatisfecit; toties attendenda conuentionis ſpecies, qua feudum fuit promiſſum. Sic v. g. ſi per venditionem, vel ſtipulationem, vel nudum pactum promiſſio abſoluta; actio emti venditi, vel ex ſtipulatu, vel condictio ex moribus locum habebit. Sin promiſſio facta in teſtamento, actio quoque ex teſtamento poteſt vſurpari.

§. III.

De rei vindicatione, intuitu feudi.

Feudo iam conſtituto, Domino directo rei vindicatio competit aduerſus quemcunque extraneum poſſeſſorem. Neque hic excipere poteſt, dominium vtile

(a) De actione præiudiciali dixi iam ſupra *cap. XIII.* §. 47.

vtile ad alium pertinere; quum hæc sit exceptio de iure tertii. Quodsi vero cum Domino vasallus concurrat; huius sine dubio partes sunt potiores; quoniam ob vtile dominium ipsi competit ius possidendi.

§. IV.

Quæ actio, feudo finito, competat?

Quodsi feudum felonia finitum, & sententia priuatoria vires rei iudicatæ nacta iam fuerit, itemque feudo per illicitam alienationem ipso iure amisso, Domino competit rei vindicatio, vt eadem vti possit aduersus eum, qui vasallus esse desiit, & possidet; me autem iudice, prudentius agit, vt remedio executionis breuiori vtatur. Alias vero Domino est actio, caussa data, causa non secuta ad feudum repetendum.

§. V.

De actionibus ob præstationes personales.

Ad seruitia, iusiurandum fidelitatis, & similia, quæ vasallus, vel pro feudi essentia, vel ex natura eius, vel vi pactorum adiectorum, præstare tenetur, Domino actio ex contractu feudali competit; quinimo, quotiescunque ad ea consequenda agitur, quæ ad officia Domini, vel vasalli pertinent.

§. VI.

De remediis possessoriis.

Quum &, intuitu feudi, sæpe lis oriatur de possessione; nullum est dubium, quin & consueta, tum Domino,

tum vasallo, pro casuum diuersorum ratione, remedia possessoria conducant, atque ab vtroque possint vsurpari. Actione autem ex interdicto vnde vi vasallus aduersus Dominum vti non potest: quamuis enim non infamet; facinoris tamen continet atrocitatem; nisi forte vim armatam intulerit Dominus; quoniam hoc casu manifesta est insignis fidei violatio. Alias igitur actioni in factum locus erit (b).

CAPVT XX.

DE IVDICIO ET PROCESSV FEVDALI.

§. I.

De iurisdictione feudali.

Domino esse iurisdictionem feudalem, ad caussas tamen feudales adstrictam, id quidem supra (a) a me iam est ostensum. Est autem iurisdictio feudalis *legitima potestas, cognoscendi, decernendi, sententiasque ferendi, in causis feudalibus.* Ceterum si Dominus feudi priuatæ sortis homo fuerit, nec iurisdictione ante iam sit instructus, ex sola conuentione feudali eam acquirere non poterit; quum hæc

(b) G. A. STRVVIVS in *synt. iur. feud. cap. XI. aphor.* 3. *num.* (1).

(a) *Cap. XIII.* §. 8.

hæc acquisitio auctoritatem legitimi Imperantis requirat.

§. II.

Quum vero iurisdictio feudalis locum tantum habeat in caussis feudalibus; notandum est, caussam feudalem esse *controuersiam, inter duas pluresue personas, qualitate feudali præditas, de re, vel facto feudali, ortam.* Qualitas illa feudalis nascitur ex relatione inter rem & personas, Dominum & vasallum, præterea inter vasallos, qui eundem Dominum in eadem Curia recognoscunt(b). Huc pertinent lites de ipso feudo inter vasallos ortæ, vt vterque sibi vindicare velit; nec non de successione feudali, oppignoratione feudi, de seruitiis feudalibus, de felonia, de dotatione, vel alimentis ex feudo præstandis, & quæ sunt similia. Quod inprimis sollicite obseruandum, quando Dominus feudi non simul est territorii Dominus; sed feuda habet in alieno territorio; veluti Rex Bohemiæ, nec non Abbas Fuldensis varia habent feuda in Saxonia aliisque territoriis. Quodsi enim quis eiusmodi vasallum in caussa mere personali coram Bohemiæ Rege, vel

Quaenam caussæ feudales?

(b) HORNIVS in *iurisprud. feud. Cap. XXV.* §. 1. It. LVDOVICI *introductio ad processum feudal. Cap. I.* §. 4.

vel Abbate Fuldensi conuenire vellet, vtique peccaretur in ius Domini territorialis, adeoque iniustus hic foret recursus ad curiam feudalem (c).

§. III.

Quid si dubium oriatur? Quodsi qualitas ista in dubium vocetur, non poterit caussa pro feudali haberi, nec iudicio feudali locus relinqui. Verum nec iudex feudalis de sua competentia ipse cognoscere potest; siquidem hæc caussæ cognitio ad iudices pertinet Ordinarios atque vniuersales (d).

§. IV.

Qui iudicium feudale constituant? In veris autem caussis feudalibus iudex est Dominus cum paribus curiæ (e). Pares vero Curiæ dicuntur *vasalli*, *ad eandem Curiam feudalem pertinentes*. Hinc & iudicium feudale Germanis vocatur: Mann-Gericht, Mann-Cammer, i. e. Vasallen-Gericht; alias etiam Lehen-Hoff, Lehens-Canzeley, Lehntegeding, Lehntageding (f). In *iure feudali Alemanni-*

(c) Confer. GRIBNERVS in *opusc. tom. IV. Sect. V.* §. 9. Add. *Selecta iur. publ. nouissima part. I. cap. IV.* Vbi de iurisdictione, quam sibi arrogauit curia feudalis Bohemica, in lite Landgrauiorum Casselani & Darmstadini, Præfecturam Babenhausen tangente.

(d) HORNIVS *cit. loc.* §. 2.

(e) *II. F. XIX. II. F. LV.* §. 5.

(f) SCHILTERI *diss. de curiis dominicalibus* §. 5.

mannico (g) pares curiae dicuntur Genossen, & alii quidem Ober-Genossen, alii Unter-Genossen. Sed hi, ex principiis iuris feudalis Longobardici (h), iudices duntaxat agunt, quando vel lis est inter ipsum Dominum & vasallos, vel saltem Domini singulari ratione interest: tali etenim in casu non decet, Dominum esse iudicem in propria caussa; sed alias Dominus ipse est vasallorum suorum iudex competens (i). Quid? quod *iure feudali Alemannico* (k) & iudex est in controuersia sua cum vasallo. Sed vtitur tali in casu Vicario, (Lehn-Probst,) ex ordine vasallorum desumto, nec alicui suspecto.

§. V.

Quot Pares Curiae?

Pares curiae omnes iudicium possunt constituere; nisi vel domino, vel vasallo, vel vtrique, magis arrideat, certum eorum numerorum eligere, quem Dominus potest determinare. Quod si hic suos elegerit, & vasallus, licet bis, vel ter admonitus, suos tamen eligere neglexerit; soli Pares Cu-

(g) *Cap.* 110.
(h) *II. F. LV. cit.* §. 5.
(i) Per *cap. cit.*
(k) Vid. SCHILTERVS in *comment. ad cap.* 116. It. LVDOVICI *cit. cap. I.* §. 24.

Curiæ, a Domino electi, iudicium absoluunt; & sic versa vice res se habet (l).

§. VI.

De eorum iuramento. Pares Curiæ, ad iustitiam sancte administrandam, iure iurando adstringi debere, ex iure Longobardico (m) solet probari. Sed, quæ in medium producuntur, verba: *sub fidelitatis debito coniuratos*, hunc habent significatum: illis *iusiurandum fidelitatis in memoriam esse revocandum.* Speciale itaque iuramentum, intuitu cuiuscunque iudicii, pendet a singulari obseruantia. Attendendum etiam est, vtrum in vasallagio iam de iustitia sancte et sine partium studio administranda simul iurauerint: **Ob sie bey der Lehns-Pflicht auf die** Iustitz **bereits vereydet worden.** Quodsi hoc factum sit, sufficit vasallagium; si formula secus se habeat, nouo opus est iureiurando, de iustitia sancte seruanda, in iudicio feudali.

§. VII.

Quid si de subfeudo lis sit? In lite de subfeudo, vasalli subdomini (**des Affter-Lehn Herrn**) constituunt iudicium parium curiæ; qui ratione domini superioris dicuntur subuasalli, & ad curiam subdomini pertinent proxime

(l) *II. F.* 16. Add. G. A. STRVVII *syntagm. iur. feud. cap.* XVI. *aphor.* 6. *num.* (3)
(m) *II. F. LV.* §. 5.

me. Atque ita etiam res se habet in terris Austriacis, Hannoueranis, Cliuensibus & forte aliis (n). In Saxonia autem superiori Dominus superior est iudex. Cuius rei ratio inde petenda, quod in Saxonia vsus iudiciorum Parium Curiae in desuetudinem abiit. Interea ex actis ad Facultatem nostram transmissis, obseruaui, in Dynastia Sorauiensi, Electori Saxoniae in Lusatia inferiori subiecta, Pares Curiae adhuc iudicium formare in controuersiis, inter Dominum & vasallum ortis; & quidem ipsius Comitis de Promnitz vasallallos hoc iudicium constituere, ac propterea homagii formula simul & ad iustitiae administrationem intemeratam adstringi.

§. VIII.

Quando ad iudicem ordinarium prouocare liceat?

Nonnunquam ad iudicem ordinarium, ratione rei talem, recurrere licet vasallis; si nempe 1) alterutri eorum Dominus sit suspectus, & iudicium Parium curiae locum habere nequeat; 2) si Pares Curiae sint suspecti, atque alii Pares deficiant; nisi Domini superioris iudicium feudale locum habeat; 3) si lis sit inter Dominum & vasallum, Paresque curiae deficiant, vel testimonium in hac

(n) B. G. STRVVIVS in *iurisprud. feud. cap.* XX. §. 4. LVDOVICI *cit. cap. I. §. 16 seqq.* & §. 100.

hac cauſſa perhibere debeant; quum nemo ſimul poſſit eſſe teſtis ac iudex (o).

§. IX.

Quis iudex, ſi lis ſit de poſſeſſione? Quod ſi lis ſit de poſſeſſione, & quis in hac ſit defendendus; non conſentiunt interpretes, quis iudex eſſe debeat (p)? Siquis autem rationum pondera probe examinauerit, vincet ſane eorum ſententia, qui, iudicium feudale & hoc in caſu locum habere, arbitrantur. Secundum enim communia iuris principia petitorium & poſſeſſorium ſunt connexa; vbi itaque in petitorio agendum, ibi de eadem re etiam agendum in poſſeſſorio; quemadmodum igitur, ratione feudorum, petitorium pertinet ad curiam feudalem; ita idem etiam de poſſeſſorio adfirmandum. Quare nec Imperator FRIDERICVS I, de foro cauſſarum feudalium competente ſanciens (q), vllum inter iudicia poſſeſſoria & petoria ſtatuit discrimen. Quod nec ALEXANDER III. Papa agnouit, cleri-

(o) G. A. STRVVIVS in *ſynt. iur. feud. Cap. XVI. aphor.* 7. *num.*(2). LVDOVICI *cit. cap. I.* §. 20. *ſeq.*

(p) ROSENTHALIVS in *iur. feud. cap. XII. concluſ. XII. num.* 54--90. vtriusque partis rationes prolixius in medium propoſuit.

(q) *II. F. LV.* §. *vlt.*

clericos in feudalibus caussis Domino feudi obnoxios reddens (r).

§. X.

Quæ de iudicio Parium curiæ dicta sunt in præcedentibus, ea nec hodie ab vsu forensi per Germaniam vbique recessere; quamuis id nonulli affirment (s). Verum decepti sunt ita sentientes vsu nonnullarum prouinciarum recentiori, vt concluserint a particulari ad vniuersale. Vsum vero Parium per non pauca Germaniæ territoria in hunc vsque diem conseruatum genuinis testimoniis ostendit LVDOVICI (t). Huc pertinent, quæ de Dynastia Sorauiensi §. 7. h. cap. iam adnotaui. *Vtrum & bodie vsus Parium curiæ?*

§. XI.

Quando lis est inter Imperii vasallos, in caussa feudali, distinguendum inter feuda Imperii regalia, seu maiora, & non regalia, seu minora. De iis iudicat Imperator per Senatum Aulicum Imperialem, exclusa Camera Imperiali (u). *Quis iudex in caussis feud. Ordinum Imperii?*

Ratio-

(r) In *cap. 6. X. de foro compet.*

(s) Veluti STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap. XXV. qu. 4.*

(t) In *proc. feud. cit. cap. I. §. 76. seq.*

(u) Per *Ordinat. Cam. Imp. part. II. tit. VII:* Ob auch Sachen fürfielen, Fürstenthum, Hertzogthum, Grafſchafften ꝛc. belangend, so vom Reich zu Lehn rühren, so einem Theil

Ratione minorum Imperii feudorum, nullum est dubium, quin Camera Imperialis concurrat, vt actori sit eligendi facultas. Limitant vero & priori in casu thesin: nisi lis sit tantum de parte feudi regalis; atque hæc est sententia Assessorum, nec non Aduocatorum & Procuratorum Cameræ Imperialis, qui eius rationem petunt e textu ante adducto, & quidem ex verbo: gäntzlich, quod de integro feudo regali interpretantur; sed profecto contra regulas bonæ interpretationis; quum vox gäntzlich coniungenda sit cum proxime sequenti endlich; atque adeo intelligenda de sententia definitiua. Quicquid itaque hic iuris est in toto feudo regali, id etiam iuris esse debet in qualibet eiusdem parte (x). Neque Cameræ iurisdictio locum habet, si de terris, alioquin allodialibus, sed Comitatui Imperii feudali intimiori nexu iunctis, litigium ortum; quum accessorium sequatur suum principale (y).

§. XII.

Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden solten, derselben Erkänntniß wollen Wir der Käyserl Majestät : : : : vorbehalten haben.

(x) ITTERVS *de feudis Imp. Cap.* XXV. §. 6.

(y) Quod contra ITTERVM notandum, qui *cit. loc* contrarium defendit. Conf. LVDOVICI *proc. feud. cit. cap.* I. §. 37.

§. XII.

Praeterea Camerales & qui ipsorum studio feruntur, locum *Ordinationis Cameralis* ante adductum de petitorio interpretantur; ob verba: gänzlich und endlich; atque adeo inde concludunt, si in possessorio lis orta, Cameram Imperialem concurrente, quam vocant, iurisdictione vtrique gaudere. Nonnulli autem distinguunt inter possessorium summarium atque ordinarium: illud & ad Cameram pertinere, arbitrati; quum sententia in eo sit mera & pura interlocutoria; hoc autem soli Imperatori relinquendum; quum in hoc possessio alteri parti omnino auferatur (z). Verum quemadmodum *Ordinatio Cameralis* non distinguit inter possessorium & petitorium; atque haec quoque sunt connexa: ita & possessorium iudicium de feudis Imperii regalibus soli Senatui Aulico Imperiali merito vindicandum (aa). *Quid si lis sit in possessorio?*

§. XIII.

Olim Imperatores eiusmodi controuersias momentosas in comitiis decidisse, atque adeo auxilio Ordinum Imperii vsos fuisse, extra omnem dubitationis aleam est positum. Dictum hoc est: *An Imperator opus habeat Ordinum Imperii auxilio?*

(z) Vid. BLVMIVS in *proc. Camerali tit.* XLI. *num.* 4. & 5.

(aa) LVDOVICI *cit. cap. I.* §. 39. *seqq.*

est: das Fürsten-Recht. Ast de hodierno vsu iuris veteris insignis est contentio, atque existimant non pauci, id ipsum per Instrumentum Pacis (bb) esse sublatum; quippe secundum quod *liberum est Maiestati Imperiali, in caussis maioribus, & vnde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam vtriusque religionis Electorum & Principum sententias & vota requirere.* Quare & Dn. de HENNIGES (cc) veretur, ne erroris inde argui queant, qui contendunt, superesse istud iudicium; neque Cæsarem, sine eo, decernere in arduis caussis quidquam posse; quum, quod liberum alicui relinquatur, tollat profecto necessitatem. Dubio tamen procul mens alia fuit statuum Imperii; quamuis passi sint, ex ratione decori, verba temperari; quum in dubio nemo iuri, quod alicuius momenti est, renuntiasse præsumatur. Liberum itaque ipsi est, *statibus Imperii non implorantibus.* Huc accedit CAPITVLATIO CAROLI VI. (dd), in qua hæc legimus: Wir sollen und wollen auch in wichtigen Sachen, so das Reich betreffen, und von hohem Præiudiz und weitem Aussehen seyn,

(bb) PACIF. OSNABR. *art. V. §. 54. in fin.*
(cc) In *meditationibus ad Instrum. pacis cit. loc.*
(dd) *Artic. XI. in fin.*

seyn, bald Anfangs der Churfürsten, auch nach Gelegenheit der Sachen, Fürsten und Stände Rathbedenckens Uns gebrauchen, und ohne dieselbe hierin nichts vornehmen. Vnde animus conseruandi iuris pristini non parum elucet; inprimis, quum & articulo capitulationis nouissimæ adducto, in præcedentibus, de feudis Imperii maioribus speciatim agatur, atque Imperatoris intuitu illorum potestas circumscribatur (ee).

§. XIV.

De Imperii Vicariis. Porro, quum interregni tempore præsint Imperio eiusdem Vicarii Ordinarii

(ee) Conf. CASSANDRI THVCELII *electa iur. publ. curiosa*, *Cap. I.* THOMASIVS in *not. ad Monzamban. C. V.* §. 15. VITRIARII *instit. iur. publ. L. III. T. II.* §. 65. ibique PFEFFINGERVS. LVDOVICI *cit. Cap. I.* §. 43. *seqq.* Id interea certum est, posse Principes Imperii, etiam in controuersiis magni momenti, si ita visum fuerit, in solo Imperatoris iudicio aulico fiduciam collocare, atque adeo prouocationem ad ius Principum negligere; quod tamen in aliis caussis nemini potest esse detrimento. Ceterum de caussis priuationis & proscriptionis Imperialis *artic. XX.* CAPIT. CAROL. VI. euoluendus. Add. FABRI Staats-Cantzley *tom. LXXV. Cap. XII. pag.* 559. *seqq.*

narii, atque his in AVREA BVLLA (ff) poteſtas exercendi iudicia ſine diſcrimine ſit indulta; conſequitur profecto, eos & in cauſſis feudorum Imperii regalium iudices interea eſſe poſſe. Quamuis enim nonnulli interpretes dubium obiicere ſoleant: ſoli nempe Imperatori iudicium in his cauſſis eſſe reſeruatum (gg); atque adeo Vicarios Imperii ab hac poteſtate eo ipſo eſſe excluſos; ſalua tamen res eſt: in citato enim capite Imperator ſuperſtes & regens Camerae Imperiali opponitur, ad hanc excludendam, ne in eiusmodi controuerſiis concurrentem exerceat iurisdictionem; nobis autem ſermo eſt de Imperatore mortuo, cuius vices gerunt Imperii Vicarii; quibus nulla ratione Camerae excluſio poteſt nocere; quum hoc argumentum a Camera ad Vicarios Imperii foret abſurdisſimum.

§. XV.

Quid de ſubfeudis Imperii iuris?

Quantum ad ſubfeuda Imperii attinet, forum primae inſtantiae, Domino feudi proximo tribuendum; quoniam per

(ff) *Cap. V.* §. 1.

(gg) In ORDINAT. CAMER. *part. II. tit. VII.*

per gradus eundum, neque adeo proximior iudex prætereundus (hh).

§. XVI.

De arbitris. Vasallis, tum prouincialibus, tum Imperialibus, arbitros eligendi potestatem esse, supra iam euicimus (ii). Quæstio autem hic ea tantum addenda, vtrumne igitur vasalli Imperii, in caussis feudorum regalium controuersis, in Cameram compromittere Imperialem queant? Quæ omnino neganda; quum eiusmodi compromissum in fraudem legis & detrimentum Senatus Aulici Imperialis vergeret (kk).

§. XVII.

De modo procedendi antiquo. Modum procedendi in iudicio feudali (ll) ius Longobardicum exacte non præscripsit. Nonnulla tamen eodem & iure Germanico veteri sunt definita. In

(hh) Vid. Illustr. Dn. de LVDEWIG in *diss. de primo foro subfeudorum Imperialium, scripta in lite de Comitatu Rietbergensi.*

(ii) *Cap. XIV. §. 3. not. (k).*

(kk) Vid. LVDOVICI *cit. cap. I. §. 38.*

(ll) Quem pluribus illustrauit LVDOVICI *cit. loc. cap. III.*

In possessorio quidem, si vasallus feudum controuersum tenet, & Dominus, ter a Paribus Curiæ admonitus, iustitiam deneget pertinaciter, annali possessione tutus erat vasallus (mm). Ad testimonium de inuestitura ferendum duo Pares Curiæ desiderabantur; nec instrumentum sufficiebat, nisi Parium Curiæ subscriptione firmatum. (nn). Testes ad feloniam probandam habiles etiam non erant, nisi Pares Curiæ, & quidem quinque requirebantur (oo). Interdum & coniuratoribus opus erat (pp).

§. XVIII.

De ordine iudiciorum feudalium hodierno. Hodie tamen a processu ciuili vix ac ne vix quidem distat. Quemadmodum autem hic in ordinarium & summarium distinguitur: ita hic notandum, illum & in causis feudalibus ad regulam perti-

(mm) *I. F. Al. cap.* X. *pr.* ibique SCHILTERVS in *comment.* Add. *I. F.* XXVI. §. 1. & *II. F.* XXII.

(nn) *II F. II. pr.* It. *II. F. XXXII.*

(oo) *II. F. LVII.*

(pp) *I. F. IV.* §. 4. It. *XXVIII.* It. *II. F. XLI. pr.* Add. ORDIN. IVDICII CAMER. *part. II. tit.* X. Conf. LVDOVICI *cit. loc. cap. XII.* §. 11. *seqq.*

pertinere; hunc autem interdum etiam locum habere: veluti, ſi de dote viduarum, vel filiarum a feudi poſſeſſore reſtituenda, vel ſoluenda, aut de alimentis, aut de ſumtibus, in funus defuncti vaſalli factis, agatur; aut fiſcalis in vaſallum perſecutio a Domino inſtituatur (qq)

§. XIX.

De actione. Actio, quae olim verbis ore prolatis ſine artificio proponebatur, libellum hodie deſiderat.

§. XX.

De citatione. Citatio pariter per ſcripturam hodie fieri ſolet; inprimis, ob ſportularum commodum. Terminus idem ſeruatur, qui in cauſſis ciuilibus receptus. Inſinuatio, ſi vaſallus in alieno degat territorio, vix aliter fieri poteſt, meo quidem iudicio, quam per litteras ſubſidiales, quamuis MEVIVS ſecus ſenſerit (rr).

§. XXI.

(qq) Commendanda hic, & intuitu ſequentium §§. LVDOVICI *introductio ad proc. feud. cap. IV. cum ſeqq.*

(rr) *Part. II. deciſ.* 325. It. *Part. VII. deciſ.* 390.

§. XXI.

De contumacia. Contumaciæ coercitio eadem quoque esse solet, quæ in caussis ciuilibus. Nonnunquam vero vasalli, sub pœna priuationis feudi, vel simultaneæ inuestituræ, citantur.

§. XXII.

De except. dilat. Admittendæ quoque in hoc iudicio *exceptiones dilatoriæ*: veluti exceptio fori incompetentis, iudicis suspecti, cautionis, legitimationis &c.

§. XXIII.

De reconuentione. Neque reconuentio ab hoc iudicio omnino est exclusa, modo causa reconuentionis pariter sit feudalis.

§. XXIV.

De litis contestatione. Litis contestatio hic etiam est vel *euentualis*, vel *pura*; atque huic *exceptiones peremtoriæ* statim sunt adnectendæ.

§. XXV.

Add. V. C. IO. GEO. ESTORIS *consilium* in den kleinen Schrifften *tom. III. pag.* 735. *seqq.*

§. XXV.

De probatione singulare hic notari solet: iure feudali, si alter in probatione defecerit, alterum non statim esse absoluendum; sed ad ius iurandum teneri (ss). Verum textus adducti probant minime, quod probandum erat: nempe aduersario, secundum regulam vniuersalem, iusiurandum esse imponendum, in controuersiis feudalibus; licet actor nihil omnino probauerit. Ex alio potius textu (tt) est manifestum, quod ipsa etiam recta desiderat ratio, *adesse aliquid debere*, *quod iudicem moueat* ad iusiurandum imponendum: fieri enim nulla ratione potest, vt iusiurandum purgatorium iniungatur reo, qui nulla præsumtionis macula laborat. Hæc vero si adsit iudicemque moueat; nihil profecto hic singulare; sed illud ipsum, quod iuris est & in controuersiis non feudalibus. Quid? quod & vulgaris in principio ante citato regula disertis his verbis prostat: *actore nihil pro-* *De probatione.*

(ss) *I. F. 4. & 12.* SCHILTERVS in *comment. ad ius feud Al. cap. 69. seq.*
(tt) *II. F. 33. pr.*

probante, qui conuenitur, etiamsi nihil præstiterit; reus tamen absoluitur (uu).

§. XXVI.

De sententia. Absoluta probatione & reprobatione; sequitur tandem *sententia;* quæ hodie etiam a Collegio ICtorum peti potest; nisi obstent iura prouincialia.

§. XXVII.

De remediis suspensiuis. Quod si hæc forte alterutri, vel vtrique parti displicuerit, consueta locum habent remedia suspensiua; atque adeo & gradatim prouocatio ex prouinciis ad suprema Imperii iudicia. Quodsi autem lis fuerit de feudo Imperii *regali*, veluti principatu, comitatu, vel dynastia, in foro primæ instantiæ; appellatio non ad Cameram Imperii, sed ad iudicium aulicum Imperiale est instituenda (xx).

§. XXVIII.

(uu) Conf. STRVVII *synt. iur. feud. cap.* 16. *aphor.* 16. Quem sequitur STRYKIVS in *exam. iur. feud. cap.* 25. *quæst.* 21. it. LVDOVICI im Lehns-Proceß *cap.* 12. §. 10.
(xx) ORDINAT. CAM. *Part. II. tit.* 7.

§. XXVIII.

Quantum denique ad *executionem* attinet, ea diuerso suscipitur modo; & quidem, vel *in fructus* tantum, vel in *ipsam feudi substantiam*. Ceterum hodie iudicia in prouinciis Germaniæ feudalia potestate cogendi atque exsequendi ordinarie gaudent, atque, vbi opus est, subsidio vtuntur militari. Si autem vasallis lis sit cum Domino territorii, deprædationes ac diffidationes pacatus reipublicæ status, post pacem publicam, non permittit; sed auxilium Imperatoris est implorandum; qui supremus est per Imperium iudex æque, atque executor; in eiusmodi tamen casu, *ac similibus*, ad auxilium circulorum vsurpandum adstrictus (yy). *De executione.*

Ceterum

(yy) Vid. INSTRVM. PAC. OSNABR. *art.* XVI. §. 2, 3, 4, 5. & 6. REC. IMP. NOVISS. § 86, 160, 162. CAPIT. CAR. VI. *art.* 12. & 20. In memoriam hic reuocanda controuersia, de executione sententiæ, in caussa successionis Gustrouiensis, a Senatu Aulico Imperiali latæ, orta. Pro Imperatore tum scripsit MVLTZIVS; pro Ducibus autem circulorum COCCEIVS, STRYKIVS & THOMASIVS. Conf. PFEFFINGERI *Vitriar. illustrat. Lib. II. tit. VI. ad* §. 16. *p.* 1104. *seqq.* it.

Ceterum in caussis aliis feudalibus, per prouocationem e prouinciis ad suprema Imperii iudicia deuolutis, executio sententiæ ipsi territorii domino demandatur.

[h] it. CHLADENII *diss. de iure exequendi in feudis præsertim Imperii, speciatimque Saxoniæ; hab.* 1727. *Witteb.*

F I N I S.

INDEX

INDEX
RERVM PRAECIPVARVM.

(Numerus primus *caput*; secundus, atque interdum plures, *paragraphos*; tertius denique *paginam* denotat.)

A.

Appa-

Clerici.

Domi-

Exspe-

Feudum

Feudum.

Feudum.

Feudum.

Feudum.

Fideles.

Honores.

Infa-

Inue-

Iudicium.

Iudicium.

Laude-

Nuptiæ.

Simul-

Suc-

Tutela.

Vasallus.

Vasal-

FINIS.

TYPIS IO. HENR. GRVNERTI, MDCCXLI.